

ΕΠΙΤΑΦΙΑ
PRINCIPVM,
DVCVM, NOBILIVM ET
*præcipuorum Ecclesiæ, Reipublicæ, & Schola-
rum gubernatorum, aliorumq; virorum
in Saxonia inferiore illustrium,*

*Partim memoriæ illorum suis in locis con-
secrata, partim etiam scripta.*

Item, quædam vetera Cæsarum,
Regum & Principum,

Collecta, & iam recens à *LVCALOSSIO*
Seniore, pio studio in lucem edita.

Ad pium & candidum Lectorem,

Saxonicas quæris claros virtute per oras,

Doctrina & claros religionis viros?

Hunc eme, qui vitæ defunctis munere laudes

Autoris memorat sedulitate, librum.

Te vero admonent hominum tot funera Lector,

Tempore quod certo tu quoq; funus eris.

Ergo sic vitæ mores pietate gubernas,

In regno vt viuas, post tua fata, DEI.

Siracides cap. 28.

Μνήθητι τὰ ἔχαια.

Memento nouissimorum.

Vuitebergæ Antonius Schön excudet

ANNO M. D. LXXX.

Don. 7457



PVER.

Non patriæ hic sedem, bona non hic certa tenemus,
Omnia sed pereunt hæc quasi vixilla leuis.

Hoc puer alatus monstro sub imagine nutri

Horas quod numerat quod numeratq; dies.

is insisto, tendoq; in gramine plantam,

perit et ~~perit~~ quicquid in orbe viret.

BIBLIOTHECA
MICKAVIANA

D. MAR: LVTHERVVS
De titulo seu statua sepul-
chrali Rachel. Gen. 35.

Patres magnificè ornarunt sepulchra,
non abiecerunt mortuos, tanquam ca-
dauera bestiarum, sed statuerunt eis mo-
nimenta, in perpetuam & immortalem
memoriam illorum, vt essent testimonia
resurrectionis, quam credebant & expe-
ctabant. Ad hunc finem erectæ sunt sta-
tuæ, vt exemplo patrum præsentem ne-
gligere vitam & contemnere discamus,
propter alteram meliorem vitam. Dein-
de, vt freti promissione hac æquo animo
toleremus voluntatem Dei. Quid possunt
Diabolus & Turcæ, Si etiam vitam e-
ripiunt? Si enim credimus, quod **IE-
SVS** mortuus est & resurrexit, ita &
DEVS eos, qui obdormierant, per
IESVM adducet cum
co. 1. Thess. 4.

A 1

AD

AD CANDIDVM LECTOREM.

A Nte diem extremum Mundiꝫ nouissima fata,
Si modò posteritas vlla futura diu:
Auctoris studium defunctis addere honores,
Agnosens, grata hoc mente probabit opus.
Nam facile arctoas cernet monumenta per oras,
Funera Magnorum condecorasse virum.
Candide tu verò funebria carmina Lector,
Hæc quoties animo candidiore leges,
Continuò subeat tacitæ tristissima menti
Humani generis conditio atq; status:
Nempe quòd ob primi scelus exitiale parentis,
Inñciat cunctis mors truculenta manus.
Viue memor lethi, quasi iam moriturus & ipse:
Hora quidẽ incerta est, mors tibi certa tamen.
Ergo fac mores, pietas sincera gubernet,
Lexq; Dei vitæ norma sit ipsa tuæ.
In CHRISTI meritis omnem spem pone fidemq;
His etenim nobis stat reparata salus.
Qua sine quid magno prodest cumulare labore,
Per mare, per terras, totius orbis opes?
Quid vitæ splendor, Mundi & peritura voluptas?
Absq; Dei profunt cognitione NiHiL.
Sunt tenebræ, nugæ, mera somnia, falsa, caduca
Omnia, ni monstrent lucida ad astra viam.
Ergo tu nobis, Pater optime, nomine Gnati
Da bona, quæ nullo sint peritura die,
Da pater Aetherio tecum nos viuere Olympo,
Conspectuq; tuo, colloquioq; frui.

M. Iob Gigas, Luneb.
ad S. Nic. P.

ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISSI-
MO PRINCIPI ET DOMI-
NO D. EBERHARDO ab HOLLE,
Lubecensi & Verdensi Episco-
po, cæterisque Illustris: & Reue-
rendis viris, splendore famili-
arum, sapientia, doctrina & pie-
tate, in quorum Regionibus &
ciuitatibus hæc Epitaphia e-
recta sunt, gratiam & pa-
cẽ optat & precatur,

LVCAS LOSSIVS
SENIOR.

Antiquissima est, Il-
lustrissimi Principes ac
Domini, viri clarissimi &
reuerendi, recepta inde à
primis parentibus con-
suetudo honesta, pia, & vtilis erigendi

A 3

Ma

Mausolæa, monumenta & statuas, sculpsendi imagines & scribendi Epitaphia eorum, qui Ecclesiæ Dei & Reipublicæ utilia organa fuerunt, quemadmodum testantur tum sacræ, tum prophanæ gentiū historiæ. Ita, vt hoc exemplo sacro omniū vetustissimo vtar: *Jacob patriarcha sanctissimus vxoris suę Rachel mortuæ Epitaphium sepulchro imposuit, quo filij & tota eorū posteritas admoneretur de virtutibus eius & immortalitate.* Nam sic Gene: 35 scribit Moyses: Mortua est Rachel & sepulta, erexitq; *Jacob* Titulum id est, Epicedion seu Epitaphium super sepulchrū eius: *HIC EST TITVLVS MONUMENTI RACHEL, VSQVE IN PRÆSENTEM DIEM.*

Scripsit & Carolus Magnus Imperator salutaris & pius, qui primus *Saxonicam* gentem ad Christianam Religionem & fidem conuertit, latinè & græcè doctus, Rolando filio sororis suæ capto à Saracenis & siti extincto, viro fortissimo, qui propria manu Mausurium, summū ducem exercitus eorum interfecit, etiam nunc in ciuitas

uitatibus Saxonis celebrato, hoc Epitaphium, Anno Christi circiter 808:

*Tu patriam repetis, tristi nos orbe relinquis,
Te tenet aula nitens, nos lachrymosa dies.
Sed, qui lustra geris octo & binos super annos,
Ereptus terris, iustus ad astra redis.*

Quare reprehendendus est furor quorundam hominum fanaticorum, qui Mausolæa, statuas, columnas, monumenta sepulchrorum, Epitaphia, picturas & imagines omnes damnant, tollunt & abolent in templis, quorum magnus est usus apud pios & grata admonitio, sicut dictum est à veteribus: Picturas & imagines esse Biblia Laicorum & rudiū, quæ eos monent, & quasi ante oculos ea spectanda ponunt, quæ legere ipsi non possunt.

Sunt autem multæ veræ & grauissimæ causæ, cur nomina & memoriam præstantium virorum, splendore familiarum, doctrina, virtute & pietate in Ecclesia, Imperiis, Politis, templis, & domibus pictam & scriptam extare & celebrari, aspici & legi utile est.

Precipue autem sunt hæ cause,

Prima est mandatum Dei, quod extat
Hiob 8: Huiusmodi interroga generatio-
nem pristinam, & diligenter inuestiga pa-
trum memoriam.

Secunda est exemplum seu imitatio
doctrinæ, virtutum & pietatis, quorum
exempla & imagines in magnis viris pro-
ponuntur posteritati & adolescentiæ.

Ita sunt honestissimi versus, quibus Vir-
gilianus Æneas Ascanium filium adole-
scentem ad imitationem suarum virtutum
& laborum hortatur:

*Disce puer virtutem ex me verumq; laborem,
Fortunam ex alijs.*

Ita Theseus apud eundem poëtam hor-
tatur omnes homines, proposito exemplo
suarum poenarum, clamans apud inferos:

Discite iustitiam moniti & non temnere diuos.

Et Senacharib, vt testatur Herodotus,
in sua sepulchrali statua, interfectus á pro-
prijs filijs in templo sui Idoli ita inquit:
εξ ἐμῆ δούρῃ εὐσεβῆς ἔσω, hoc est, Me aspici-
ens pius esto.

Tertia causa est, consideratio discrimi-
nis

nis inter vera, sancta & utilia membra &
organa Ecclesiæ Dei & imperiorum, &
pestes seu ἀλάστορες in humano genere. Ita
Plato Dialogo 7. de legibus ait: Decet eos
ciues laudibus ornare, qui cesserunt è vita,
& corporis vel animi viribus res arduas
præclarasq; gesserunt & legibus libenter
paruerunt.

Prodest quoq; Epitaphiorum lectio,
monumentorum & saxorum sepulchrali-
um aspectus & funerum deductiones ad
hoc, vt per ea quisq; admoneatur de sibi
quoq; imminente morte communi omni-
um hominum, propter peccatum & inos-
bedientiam primorum parentum, iuxta il-
lud: In quocunq; die comederis, morte
morieris. Ita Venusinus vates inquit:

*Omnes vna manet nox
Et calcanda semel via lethi,
Mista senum ac iuucnum densantur funera,
Sæua caput proserpina fugit. (nullum*

Sic defunctus, cum effertur sepelien-
dus, alloqui deducentes introducitur à Si-
racide cap. 38: **HODIE MIHI, CRAS
A S TIBI**

TIBI, SICUT FUIT IUDICIUM ME-
VM, ITA ERIT ET TVVM.

Cogitet igitur hinc pia mens de morte
& miseris humanis, earumque causa, de
peccato & ira Dei aduersus peccatum, de
breuitate & fugacitate vitæ humanæ, deque
Christi beneficijs, qui nos à peccato &
morte æterna redemit, vitamque nobis &
iustitiam restituit veram & æternam, de
carnis resurrectione, de immortalitate &
vita perpetua, seque & suam vitam & alioz
rum, qui vtiliter Ecclesiæ & Reipub: ser-
uiunt, salutem & incolumitatem prijs pre-
cibus commendet, seque ipsum ad mortem
beatam & felicem quotidie præparet.

Has causas & ipse considerans, vt me
quoque in hoc senio meo, ad cognitionem
fragilitatis humanæ, breuitatis vitæ & im-
mortalitatis secuturæ excitarem, collegi
non sine labore, & impensis, Epitaphia,
quæ in vestris regionibus, vrbibus, Aca-
demijs & Monasterijs erecta & publicè
legenda proposita sunt Regum, Principum,
aliorumque virorum præstantium sapientia,
doctrina & pietate, eaque iam pio studio in-
pus

publicam lucem edi curavi, quò illa etiam
in communi libello legantur, qui in alijs lo-
cis degunt & versantur, ad laudem & con-
seruationem memoriæ imitationemq; vir-
tutum, quæ in præstantibus illis viris gu-
bernatoribus Imperiorum, ciuitatum, Ec-
clesiæ Christi & scholarum, præ cæteris
fuerunt perspicuæ & illustres. Promissio-
nes etiam notæ sînt, quæ recitantur in scri-
ptis Prophetiis & Apostolicis, de immor-
talitate & conseruatione memoriæ nomi-
nis ac famæ vtilium organorû in Ecclesia
& Politijs, quales præter cæteras sunt: Psa.
112: In memoria æterna erit iustus, ab au-
ditione mala non timebit. Et Sapientiæ 4:
Quàm pulchra est casta generatio in cla-
ritate, Immortalis enim est memoria illius,
Quoniam & apud Deum nota est & a-
pud homines. Item cap, 5: Iusti in perpe-
tuum viuent & apud Dominum est mer-
ces illorum & cogitatio eorum apud al-
tissimum.

Econtra de impijs & tyrannis hostibus
Ecclesiæ filijs Dei & pestibus humani ge-
neris & ignauis, qui nullam vtilem operã
con-

contulerunt vel Ecclesiæ vel humane societati, sed tantum fuerunt inutilia pondera terre, dicitur Ecclesi. 44. Et sunt, quorum non est memoria, quasi non fuerint. Est etiam cogitanda consolatio grata & necessaria pijs mentibus in morte, propria Ecclesiæ Dei, de vita & lætitiâ æterna, qua perfruentur apud Deum in dulcissima eius consuetudine, Angelorum, sanctorum patrum, Prophetarum, Regum, Apostolorum, Martyrum & piorum omnium, qui vera & utilia membra Ecclesiæ Dei, & gubernatores Politiarum & Oeconomiarum pijs & salutare fuerunt, de quibus dicitur Apo. 14: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Et Esaia 64: Quæ oculus non vidit & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se. Ita Christus inquit Math. 5: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Et 1. ad Thes. 4. inquit Apostolus: Nolo vos ignorare, fratres, de his, qui obdormierunt, ne doleatis, quemadmodum & cæteri non habentes spem. Nam si credimus, quod Iesus mortuus

US

us est & resurrexit, sic & Deus eos, qui
obdormierunt, per IESVM, adducet
cum eo. Et addit dulcissimam consolatio-
nem: Et sic semper cum Domino erimus:
& iubet, vt mutuo nos consolemur his ser-
monibus, videlicet, promissione de secutura
æterna gloria, lætitia & immortalitate
tum corporum, tum animarum nostra-
rum, qua ornabimur post hanc fugacem
& ærumnosam vitam.

Hæ sunt, vt dixi, grauissimæ causæ, cur
vtile est, extare, proponi, legi & conseruari
memoriam, nomina & famam, spectariq;
imagines præstantium virorum, in Eccle-
sia & imperijs. Merito igitur reprehendi-
tur dictum: λάθε βιώσας, hoc est, Sic viue,
vt nemo sentiat te vixisse.

Tale est & hoc Epitaphium cuiusdam
apud Ausonium.

*Non nomen, non quo genitus, non vnde, quid egi
Mutus in æternum, sum cinis, ossa, nihil.
Nec sum, nec fueram, genitus tamen è nihilo sum,
Mitte, nec exprobres singula, talis eris.*

Cogitetur etiam hoc loco discrimen il-
lustre, & verum inter Epitaphia gentium,
&

& Christianorū. In gentium Epitaphiis
nulla fit mentio de inuocatione & agnitio-
ne veri Dei & Domini nostri Iesu Christi,
nulla de vita & lætitia æterna post hanc
vitam, qualis est querela & dubitatio A-
driani Imperatoris morientis sine luce cœ-
lestis doctrinæ & vera consolatione:

*Animula vagula, blandula,
Hospes comesq; corporis
Quæ nunc abibis in loca?
Pallidula, rigida, nudula,
Nec, vt soles, dabis iocos.*

Ita homines etiam Christiani nominis
& religionis Professores multi morientes
desperant, nullam veram consolationem
habentes: vel confugiunt ad defunctos
sanctos, sicut Ægidius Cardinalis inuocat
moriturus Morianum in Dialogo Pons-
tani:

*Ipsè sis felix, faueasq; nobis
Ipsè adsis fessis, Moriane, rebus.
Tu preces audi miserorum, & iras
Siste Tonantis.*

Et Baptista pius decumbens, vicinus
iam morti, legit librum Platonis, in quo de
signis

signis propinquæ mortis agitur, atq; deprehendens fatales in vnguibus maculas, in hanc erupit vocem: Ergo sæua Parca instans vitæ meæ filium commordens? Quæ hîc fuit vera Dei & mediatoris agnitio? quæ consolatio? quæ vera Dei inuocatio? quæ spes futuræ resurrectionis corporum nostrorum, & immortalitatis meliorisq; vitæ post hanc ærumnosam & fugacem?

In Epitaphiis verò Christianorum, mentio illorum, quæ diximus, addenda est. Nã de his concionantur Prophetæ, Christus, & Apostoli, Et recitentur in illis veræ & Christianæ virtutes actionesq; vtilis & ipsis, & Ecclesiæ Dei. Sciunt enim pîj gubernatores & Doctores, actiones suæ vitæ & consilia salutaria fuisse Ecclesiæ Dei & humanæ societati. Non loquuntur, quemadmodum Seuerus Imperator moriturus dixit: πάντα ἐγενόμην, καὶ οὐδ' ἐμ' ἐμοὶ λυσσπέλει hoc est: Omnia fui & nihil mihi prodest. Discedunt igitur pîj & sancti ex hac vita placidè, consolantes se spe futuræ resurrectionis, lætitiæ & immortalitatis, Ideo in
Epis

Epitaphijs additur eorum vox & testi-
monium de vera agnitione Dei & fide in
Christum & inuocatione, sicut in Epita-
phijs nostris & similibus vbiq; fidei & in-
uocationis ac placidi discessus ex hac vi-
ta fit mentio: Impij contra moriuntur, &
discedunt magna cum animi indignatio-
ne, trepidatione & horrore. Sicut de Me-
zentio inquit Poeta:

Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Christianus autem homo expirans in-
quit cum S. Simeone; Luc. 2. Nunc dimittis
seruum tuum Domine, secundum ver-
bum tuum in pace. Et cum filio Dei pen-
dente in cruce & Doct: Mart: Luthero.
Psalm. 31: In manus tuas commendo Spi-
ritum meum, Redemisti me Domine De-
us veritatis; Et Psalm 68. Deus noster, De-
us ad saluandum & Dominus Deus edu-
cens ex morte; Et cum Stephano Acto: 7:
Domine suscipe Spiritum meum. Et D.
Paulo, Phil. 1: Mihi viuere Christus est,
& mori lucrum. Item; cupio dissolui & es-
se cum Christo.

Prodest

Prodest igitur lectio Epitaphiorum,
 primum pijs, vt illa se in persecutionibus
 & ærumnis, quibus in hac vita subiecti
 sunt & morte, consolentur spe & expecta-
 tione consummatæ liberationis, & dulciss-
 simæ consuetudinis, cum Deo, sanctis An-
 gelis & tota Ecclesia, post hanc vitam,
 quæ nisi restaret nobis firma & certa, ve-
 rè, vt inquit Apostolus, miserrimi omnium
 hominum essemus. Deinde, prodest &
 impijs & securis, qui vel prorsus ignorant
 Deum, vel contumelia eum afficiunt, in-
 dulgent voluptatibus huius vitæ, Sicut in-
 quit Cyclops apud Euripidē: Ego Deum
 alium non agnosco, quàm ventrem meū,
 cui victimas, boues, oues, vinum, & lauta
 omnia offero & sacrifico. Et ille apud
 Homerum lib. 9. Odyf:

τί με θεοῦς κέλευαι ἢ δαδόμεν, ἢ ἀλέαοθαι,
 οὐ γὰρ κύκλω περ Διὸς ἀγιοῦχος ἀλέγδοσιμ,
 οὐδ' ε θεῶν μακάρων, ἔπειτ' ἢ πολὺ φέρτεροι εἰμῆν.

Quid iubet me timere Deum. Nos Cy-
 clopes Deum ignoramus. Tales securi &
 heluones, & Cyclopes ἀθεοι lectio Epitaphiorum admonentur de agenda poenitentia, cum in his ex scriptis Propheticis

B

&

& Apostolicis affirmatur, verè restare ali-
am post hanc vitam breuem & miseram,
in qua pii ornabuntur premijs æternis: ab-
ijcientur autem impij in æternas pœnas,
vt diues epulo perpetuò excrucietur in
flammis infernalibus cum Diabolis: Las-
zarus verò solatio fruitur. Lucae 16.

De hac lectionis Epitaphiorum & res-
cordationis defunctorum utilitate & vsu,
inquit & Ecclesiastes cap. 7: Melius est
ire ad domum luctus, quàm conuiuij. In
illa enim cunctorum admonetur homi-
num finis, & viuens homo cogitat, quid
futurum sit.

Non autem dubito, principes Illust: Vis-
ri reuerendi & claris: Celsitu: & Excell:
vestras munificas approbaturas esse bene-
uolis & gratis mentibus hanc nostram vo-
luntatem, studium et laborem pium ac ho-
nestum colligendi non mediocribus im-
pensis, & in publicam lucem edendi hæc
Epitaphia, quæ in regionibus & vrbib:
bus vestris, tot Principum & viro-
rum excellentium splendore generis, sapientia,
doctrina, virtute & pietate, memoria eor-
rum

rum consecrata, & cum laude familiarū
& posteritatis vestrae, erecta spectantur &
leguntur.

Æternus Pater Domini nostri I E
S V CHRISTI Emanuelis, & noster per ipsū,
regna vestra, vrbes, & Academies quæ vera sunt
πολιτεύματα & hospitia Ecclesiae DEI & Scho
larum, vestras quoq; familias, coniuges & liberos,
consiliarios, ciues, Doctores & gubernatores Eccle
siae & Scholarum, quàm rectissimè diutissimeq;
incolumes & florentes protegat, regat & custodi
at, in vera Dei agnitione & inuocatione, clemens
ter pacem publicam tueatur, & conseruet docto
rum in vera & incorrupta Euangelij & legis do
ctrina, Sacramentorumq; legitimo vsu, consen
sum, ad nominis sui sanctissimi gloriam, nos
stramq; & posterorum salutem cor
poralem & æternam, Amen.

Bene valete. Data Luneb:
Anno M. D. LXXIX. III. Non.
Octobris,

Quo die Christus victor mortis & dator vitæ, à
morte excitauit filium viduæ in Nain, iuxta pro
missionem Oseæ 13. De manu mortis liberabo
eos, de morte redimam eos. Ero mors tua, ô mors,
morsus tuus ero, inferne, inquit ad flentem a
terbè matrem: *Noli flere*, Et ad mortuum filium:
Adolescens, tibi dico, Surge. Lucae 7.

IN EPITAPHIA
ILLVSTRIVM VIRO-
rum opera Lucae Lossij
collecta,

M. Matthias Bergius .

AT tu formator docilis facunde iuuentæ,
Nunquam Castalijs inficiande iugis,
Dum prodes viuis, dum vitæ munere functis,
Perpetuas famæ, quod meruere, decus.
Quas tibi Pierides tali pro munere grates,
Quas tibi Pieridum turba ministra feret?
Sic ego: sic contra mihi reddidit vna Sororum,
Sive ea Melpomene, sive Thalia fuit.
Ut Musis facile est rectis dare præmia factis,
Laudem, quæ nullo tempore deficiet:
Sic Lucae æternas, vel ab hoc conamine, laudes
Spondet Apollinei turba benigna gregis.
Dixerat hæc: medio cùm stans Helicone videbar,
Ire vbi Musarum templa operosa patent.
Hic ego, nescio, qua mentem dulcedine letus
Consigno auratis, talia verba, notis:
Vtilibus Lucas auget bona publica libris,
Quisquis es, huic senium molle precare viro.

Autor

*Autor ad Bergium & candidum
Lectorem.*

GRata vetustatis longæ monimenta referre
Cura est ingenys non aliena bonis.
Posteritas etenim maiorum laude mouetur,
Marta cum prisca temporis acta legit.
Hinc est, quod varys operosa sepulchra figuris
In multis pateant conspicienda locis.
Quosq; legat versus oculo properante viator,
Adscripti referunt funera cuiq; sua.
Scilicet vt meritis aliqui tribuantur honores,
Atq; habeant laudem funera clara suam.
Hoc tu iudicio motus, doctissime Bergi,
Et Musæ nostræ motus amore senis.
Candidus agnoscis studium laudasq; laborem,
Doctorum celebri quo pia fata virum.
Ergo te Pylis seruet, per secula Christus
Et cælum donet, post tua fata, tibi.
Sunt elegi inculti nostri, sunt atq; seniles,
Nilq; tui, Naso doctæ, nitoris habent.
Est tamen in magnis etiam laudanda voluntas,
Ipsaq; simplicitas doctæ placere solet.
Sic non Meonides tantum, non Nasoq; tantum,
Non Maro, sed legitur sæpe poëta minor.
Ergo faue nostræ Lector quoq; candidæ Musæ,
Funera quæ studuit tot memorare pia.
Sic tibi det longæ felicia tempora vitæ,
Et vitam veram, post tua fata, DEVS.

B 3 EPI-

EPITAPHIVM

DOMINI NOSTRI IESV
CHRISTI NAZARENI, REGIS
Regum, Domini Dominantium, crucifixi
& mortui Hierusolymis, Anno Mundi
3995, die Mensis Martij 25. hora Meridia-
na 12. in monte Caluarie Golgatha,
Anno imperij Tiberij Gesaris
12. anno etatis suae 34.

AD VIATOREM.

Siste pedem rapidum, nec tam properato viator,
Cuius vt haec discas sint monimenta viri.
Hoc fuerat Dominus saxo contectus **IESVS,**
At nunc haec eadem vana sepulchra vides.
Nanq³ resurrexit, cum ter Sol aureus orbi
A nece reddiderat luce nitente, diem.
Æthereasq³ potens ascendit victor ad arces,
Asidet & dextræ proximus ille Patris.
Quid faciat quæris? nostras audire paratus
Est lachrymas, questus, carmina, vota, preces.
Inde reuertetur iustus super omnia Iudex,
Iudicet vtq³ Bonos, iudicet vtq³ Malos.
Postq³ hanc, distribuatur iustissima præmia, vitam,
Cælica regna Bonis, Tartara cæca Malis.
Ergo tuam vitam sic dirige semper, vt ille
Te possit veniens annumerare Bonis.

F. FRID. DEDEK.

Autor

AVTOR.

PRincipium, in cunctis, nobis sit, rebus agendis,
Sit medium & finis, summus ubiq³ Deus.

Hic igitur primùm celebramus funera I E S V,
Vnica qui nobis est via, vita, salus.

Nanq³ suo miseros tristi nos morte redemit,
Reddidit & vitæ munera grata nouæ.

Munera, quæ summi felix quicunq³ Tonantis,
Accipis ô Lector non dubitante fide.

Mortē etenim Christi statuit qui mortis in hora,
Esse sibi vitam, non moriturus obit.

Dulcia ceu retulit supera demissus ab arce
Æterni Gnatus talia verba patris:

Qui mihi non dubio confidit pectore soli, Ioh. 5.
Spicula non mortis sentiet ille feræ.

Sed capiet nunquam percuntis gaudia vitæ,
Per mea seruatus vulnera flagra necem.

Iudicium nunquam damnandus triste subibit,
Morte sed in vitam, transijt ille, nouam.



B 4

CEL

^{1,}
CELLAE.

Incluta Arce & Oppido veteri & celebri
Illustrissimorum Principum &
Ducum Brunsvicensium
& Luneburg.

EPITAPHIUM
ILLVSTRISSIMI PRIN-
CIPIS DVCIS BRVNS. ET LVNEB:
DN. HENRICI senioris, qui
obiit Anno 1532.

Orbatam teneris patriam qui rexit ab annis,
Princeps Henricus natus Othone Patre.
Sacra pie coluit, virtutes principe dignas
Obtinuit, patriæ præstitit atq; suæ.
Iustitia & bonitate suos defendit & armis,
Pace bonus, bello militiaq; potens.
Ille intestinos patriæ compescuit hostes,
Restituit pacem ciuibus ille suis.
Restituit leges, quas Curia sacra teneret,
In causis iussit iura fidemq; sequi.
Agnatos hostes patriæ fortissimus Heros,
Dante Deo, repulit viribus, arte, fuga.

Parta

Parta pace, suis complectens ocia grata,
 Commisit Gnatis sceptragerenda bonis.
 Hic ætate grauis posuit mortalia membra,
 Mens requiem in Christo, numina viua, tenet.

ILLVSTRISSIMI PRIN-
 CIPIS DN. ERNESTI DVCIS
 Brunf: & Luneb. qui obiit anno 1546.
 2. Ianuarij. ætatis 49. Cella.

EXigua ERNESTVS Dux hic requiescit in
 Luneburgensis fama decusq; soli. (vrna
 Aurea, quo patriæ Duce pax est reddita nostræ
 Et cepit Christi notior esse fides.

ILLVSTRISSIMÆ DO-
 MINÆ SOPHIÆ, DOMINI ER-
 nesti Coniugis, qui obiit anno
 1541, 18. Iunij.

HActuba Sophiæ requiescit nobile corpus,
 Quæ chara ERNESTI Principis vxor
 Sponsaq; iam Christi cælesti gaudet in aula, (erat.
 Sprenens præ veris ista caduca bonis.

ILLVSTRISSIMI PRIN-
 CIPIS FRIDERICI OTTHONIS
 Domini Brunf: & Luneb. qui obiit an-
 no 1553. 20. Iulij, ætatis 21.

B 5

HIC

3.
Hic etiam frater posuit iuuenilia membra
FRIDERICVS, pacis nobile nomen habens.
Qui tua dum sequitur MAVRICI castra, decorum
Accipiens vulnus fortiq̄r occubuit.

ILLVSTRISSIMI PRIN-
CIPIS, FRANCISCI OTTHONIS
Domini Brunf: & Luneb: qui obiit
anno 1559. 28. April.

Hic etiam illustris Frantz Ottho Conditur urna,
At mens caelesti viuit in arce Dei.
Chara quid extinctum coniunx: quid patria luges?
Non moritur, vita qui bene functus obit.

DOCTORIS VRBANI
RHEGII ECCLESIARVM IN DV-
catu Luneburgensi, primi Superinten-
dentis, qui obiit anno Christi
1541. Cella.

RHegius heu subito humanis extinctus obiuit,
Germani, Urbanus, gloria magna soli.
Marmorea inq̄ adyto Cellae tumulatus in aede,
Qua populum docuit iussa uerenda DEI.
Ingenio excellens, Musarum munere clarus
Quarum sacra colens laureaserta tulit.

Grab-

Grandior aſt illum poſtquam cum ceperat aetas,
 Ad ſacrum ſtudium contulit ille ſuum.
 Romanae & Graecae linguae Solymaeq; peritus,
 Afferuit Chriſti dogmata ſancta Dei.
 Cuius erat vigilans praecunetis paſtor ouilis,
 ERNESTO procul hinc rite vocante virum.
 Hinc populis veram, Chriſto monſtrante, ſalutem
 Conſtituiſſe Scholas maximus ardor erat.
 Tum calamis, tum voce potens inſurgere in hoſtes
 Sanctorum, enſe Dei monſtra necare potens.
 Integer & ſancto morum candore probatus,
 Quos potuit, iuuit, pro pietate, pios.
 Hoc tandem, Chriſti ſtudijs immortalus, orbe
 Exijt, haud potuit mortuus eſſe tamen.
 Namq; viri egregium nomen florebit in orbe,
 Sanctae Abrahae requiem mens capit ipſa ſinum.
 Autor & praecedentium M. Bernhard.
 Bomgarde Scholae Ulyſſae Rector.

DOMINI MARTINI ON-
dermarck Ducatus Luneb. Secundi Superin-
tendentis, & Eccleſiae Cel. Paſtoris,
qui obiit anno 1569. 22. Mar-
tij, aetatis 70,

Martinus placide in Chriſto hac requieſcit in
 Qui Cellae Chriſti paſtor ouilis erat. (vrna,
 Gan-

Gandavi genitus teneris instructus ab annis
 Artibus, ingenium quæ decorare solent,
 Junior ætatis conspexit lumina nostræ,
 Leucoræ audiuit lumina clara Scholæ.
 Conuictorq; pio pendebat ab ore Lutheri,
 O felix huius pars quatacunq; domus,
 Cellam accersitus doctrinam religionis
 Edocuit verbo, moribus atq; pijs.
 Doctori Urbano successit in hac regione,
 Commisso attendens nocte dieq; gregi.
 Confectus curis tandem senioq; quiescit.
 Pastorem populo præfice CHRISTE tuo.

Annus obitus,

Flandria MegenVlt, Saxonis ora tegIt.

DOMINI THOMÆ GRO-
 ten, Illustriss. Principis Brunsv: & Lu-
 neb. locum tenentis fidelissimi,
 qui obiit anno 72.

Hic recubat Thomas gestis & nomine Magnus,
 Phæbæa ex veteri stirpe domoq; satus.
 Principibus fidus, patrijs charusq; colonis,
 Phæbæi columen spesq; decusq; soli.
 Vir pius, atq; tenax recti, patriæq; salutis.
 Assertor constans, iuris amansq; fuit.

EXUVIÆ

Exuvie hinc recubant placide, mens gaudet olympo,
Lætus in aspectu colloquioq; Dei.

D O M I N I B A L T H A S A
ris Clammeri L L. D. Principis Brunſ:
& Luneb. Cancellarij, qui obiit
anno 1578. 9. Febru.

Quæris in hoc tumulo cuius sint, chare viator,
Marmoreo eximij membra reposta viri?
Hic recubant celebris placide Balthasaris ossa
Clammeri, cuius gloria magna fuit.
Sueviacis celebrer fuit hic vir natus in oris
Eloquio Pylus consilijsq; Senex.
Inclytus hunc princeps celebratum rebus agendis
Adiunxit cunctis, consilijsq; suis.
Iura tenax recti patriæ defendit & auxit,
Commoda principibus, non sibi, magna tulit.
Pacis amans fraternum ad amorem sæpe reduxit
Discordes animos, conciliatq; pius.
Dogmata dilexit Christi, Christi q; ministros,
Et doctos fouit Pieridumq; choros.
Ergo fuit **C H R I S T O** charus pietatis amore,
Principibusq; fide nobilibusq; viris.
Optarunt ergo Pylus hunc viuere in annos,
Hic adeo cunctis carus ubiq; fuit.
At nihil est firmum, toto nil durat in orbe
Perpetuo, & primum, quæ valere, cadunt.

Sic

Sic quoq; Clammerus curis confectus & auro
 In Christo nuper cessit ad astra poli.
 Tempora, languenti, vitæ cum longa precantur
 Astantes lecto, talia verba refert:
 Non vos plura mihi poscatis tempora vitæ,
 Multa quibus sensi nocte dieq; mala.
 Nunc ego multiugis curis oneratus & annis,
 In Christo exopto nil, nisi obire diem.
 Est mihi nanq; mori lucrum, vita es mihi Christe,
 Vivo seu morior, tu mihi vita manes.
 Sic placide obdormit vir præstans absq; dolore,
 Mens capit in Christi gaudia vera sinu.

AVT.

VVVLFENBVTLIAE.

EPITAPHIVM,

ILLVSTRISSIMI PRIN-
 CIPIS HINRICI IVNIORIS DV-
 cis Brunſ: & Luneb: qui obiit VVulfenbut-
 lia, Anno Domini 1568. 15 Mensis Iulij,
 intra horam septimam & octa-
 uam vespertinam.

Hic Dux Hinricus prope corpora cara duorum
 Natorum, Mauors quos truculente necas,
 Conditur, ac letus cælesti pace quiescit,
 Ridet & ærumnas, impie munde, tuas.

Quæ

Quæ mala non videt? quis non tulit ipse labores?
 Auratæ Chlamydis non minus atq; togæ.
 Tertius at patriæ spes vnica stirpis I V L V S,
 Humanos casus aspice regna tenens.

NARRATIO EORVM,
 QVÆ MEMORABILIA EODEM
 ferè tempore, quo hic Illustriss: Princeps di-
 em suum obiit & sepultus est, in hac Illu-
 stiss: & inclyta familia, non sine diuina
 ordinatione & consilio Dei acta
 sunt & contigernut.

Illius illustri mensis fatalis I V L O,
 Offert heredi debita regna patris.
 Et Dux Hinricus fatali tempore eodem,
 Tempore, quo festum nominis instat, obit.
 Hoc mense & CAROLVS victor, magnusq;
 PHILIPPVS,
 In pugna fratres occubuere duo.
 Atq; die nati terræ mandantur eodem,
 Quo patris extincti membra teguntur humo.
 Mense tibi hoc adiuncta fuit dulcissima coniunx.
 HEDVVIG illustri qui sata stirpe nitet,
 Filioloq; domum caro tibi I V L I V S auxit,
 Idem est tristitiæ letitiæq; dies.

V.
 Anno Do-
 mini 1568.

VI.
 Eodem 12.
 Iulij.

III
 Anno 1552
 9 Iulij.

IIII.
 Eodem 21.
 Iulij

V.
 Anno 60.
 1. die Iulij

VI.
 Anno 68.
 1. die Iulij.

Hic

Hic satus inter aui fata exequiasq³, paternæ
 Tristitiæ magnum & dulce leuamen erat.
 Decreuere parens fratresq³, sed incrementum
 I V L I V S hoc Christi tempore sumpsit amans.
 Quæ missa est coniunx, natus datus, atq³ Ducatus,
 Præmia constantis quæ pietatis erant.

Tcr tria contristant, tria consolantur & æquant
 Tristia iusta domus commoda damna tuæ.

V II.
 Anno 1528
 29. Iulij.

Nasceris & circa hoc Dux clementissime tempus,
 Augmentum vitæ principiumq³ tuæ.

Maxima natalem sequitur mutatio vitæ,
 Quod gnarus rerum nemo negare potest.

Temporis & rerum quoniam cognatio magna est.
 Et vis temporibus mira subesse solet.

V III.
 Anno 69.
 12. Iulij.

Et quod præ reliquis planè memorabile dictu,
 Pro qua debetur gloria summa D E O:

Ipsæ tuis Christus succedit sedibus hospes,
 Nunc Antichristo non locus vllus adest.

Missæ iacet, tenebræ veteres densæq³ fugantur.
 Monstratur Christi sanguine parta salus.

Hæc non voluuntur dubio contraria casu,
 Contingunt summo sed moderante D E O.

I X.

Precatio auctoris.

At, quia sceptræ tibi, Dux illustrissime Patris,
 Auspice, traduntur sceptræ gerenda, D E O.

Ex

Ex animo precor, vt soboles noua, quæ tibi nata est,
 Ingens sit generis spesq; salusq; tui.

Dulce sit hospitium tua post domus inclyta Christi,
 Crescat & hic summo gloria magna DEO.

Autor Sigfridus Saccus Doct̃or Cathe-
 dralis Ecclesiæ Magdeburg: superat:

D O M I N I I O H A N N I S

Stophleri Iuriscons: & quondam HIN-
 RIC I Ducis Brunf: & Lu-
 neb. Cancellarij.

Hic tegit exuuias Stophleri, qui fuit olim
 Non minimus legum Doct̃or in arte, lapis.

Et rerum sapiens multoq; exercitus vsu
 Ingenio meruit grande fideq; decus.

Illius vbertim facundus ab ore fluebat
 Sermo, Dulichij qualis Ulyssis erat.

Eloquij docto nam pectore calluit artes,
 Et varia cultus cognitione fuit.

Hocq; vel in primis Hinrico nomine charus,
 Brunsvigæ Ditis cui modo paret humus.

Principis orandis idcirco rebus in aula
 Præfectus vigili pectore gessit onus.

Cumq; foret patria princeps ditione fugatus,
 Mansit in officio non minus ille suo.

Atq; suo Domino semper constanter adhasit
 Rebus in aduersis exhibuitq; fidem.

C Cum

*Cum quo deinde domum patrias reuersus ad arces
Supremum placido clausit agone diem.*

*Quisquis ades, cœlumq; viro placidamq; quietem
Exopta, Lector, sicq; beatus abi.*

DOMINI IOHANNIS

Hessi Iurisconsulti.

Hic gelidos artus post actos Hesse, labores
Hæc tegit exuuias corporis vrnæ tui.

*Quàm subito cecidit, tibi quod labor et studiorum
Tot vigiles curæ iam peperere decus.*

*Dum caput hoc, etenim celebres offerre per artes
Gliscis, & ingenio nomen habere tuo.*

*Sedulus in studijs posuisti dulcibus æuum,
Quæ tibi solliciti causa laboris erant.*

*Quapropter iuuit longinquas visere terras,
Multaq; in externis aspera ferre locis.*

*Iamq; sacros legum fontes & iura tenebas,
Eloquium verbis venerat vnde tuis:*

*Iam certas operæ metas tetigisse iuuabat,
Iam poteras trepidis utilis esse reis:*

*Iam desiderium, iam spes & cura tuorum
Defessiq; patris mite leuamen eras.*

*Abstulit è medio cum te mors inuida cursu,
Omnis & ars cum qua, spesq; sepulta, iaces.*

*Morte tua felix quod non patriæq; ruinas,
Motaq; Germanis horrida bella vides,*

Sed

Sed, quia materno fueras mihi sanguine iunctus,
 Hæc cape nunc lachrymis ferta rigata meis.
 Vnde tui memores erimus, nec totus abibis,
 Ingenio viuet gloria parta tuo.
 Gaudia felices cælestia carpite Manes,
 Terraq; sit cineri non onerosa, precor.

A V T O R.

INclyte sic Princeps studuit pia Musa senilis
 Funera & hic patris concelebrare tui.
 Tempore quæq; obitus illius gesta feruntur,
 Ordine mirando consilioq; D E I.
 Inclyta sint quamuis Arctois disita ab oris,
 Brunonum veterum funera clara Ducum.
 Ut tamen est Phæbes inter cognatio terræ
 Brunonum Phæbes pectora iuncta Ducum,
 Clara Ducum Pieres Phæbes sic funera iunxit
 Terræ Brunonum fœdera clara Ducum.
 Hic quoq; Stophleri celebrat tua funera, & Hesse,
 Pieridum quondam gloria magna chori.
 Inclytæ sit Princeps Musæ tibi grata voluntas,
 Gloria Brunonum spesq; salusq; domus.
 Sic tibi Nestorios C H R I S T V S det viuere in annos,
 Gaudia det regni, post tua fata, sui.
 Dogmata qui C H R I S T I constanti pectore vera
 Asseris, & damnas dogmata falsa pius.
 Te quoq; Musseltin seruet Franciscæ verendum,
 Qui Patriæ es Phæbes gloria clara tuæ.

Tempore qui longo magna dum laude gubernas,
 Aulam Brunonum iudiciumq₃ Ducum.
 Te quoq₃ Iohannes Barchold clarissime Doct^r,
 Helmstediae celebris gloria magna Scholae.
 Et te, Mensingere, D E V S, clarissime Doct^r,
 In sua traducat regna beata, senem.
 Qui fulges tantus, cuius sapientia tanta est,
 Cuius sunt iuris tot monimenta sacri.
 Principis illustris tanto qui tempore in aula es,
 Brunonũ H I N R I C I, gloria magna, Ducis.

IN CATHEDRALI
 ET VETERI ECCLE-
 SIA VERDEN-
 SIA OPPIDI, &c.

EPITAPHIUM,
 ILLUSTRISS. AC RE-
 VERENDISS. EPISCOPI, DO-
 mini Christophori & Domini Georgij
 fratrum, Ducum Brunf: &
 Luneburg.

HOC recubant tumulo sacrati sanguinis ossa,
 Quae Deus ex tenebris mundi ad meliora voca-
 Illustris clarum generis vestigia nomen (uit.
 Ducit, & aeternam memorabunt secula famam,
 Christo-

Christophorum lachrymis & mæsto pectore fletū,
 Poscunt cœlesti sed mens pia vescitur aura,
 Iunctus & hoc tegitur frater ter maximus Heros,
 Gratae complerunt vitæq; Georgius annos.

EPITAPHIUM

DOMINI IOHANNIS

ab Holle senioris, viri clariss: virtute bellis
 ca, alijsq; omnibus, qui Kilonia in Holsatia
 obiit, ibiq; honorificè sepultus est,

Anno 1576.

Hic senior recubat Iohannes clarus ab HOLLE
 Clarus qui factis, qui pietate fuit.

Prosapia clarus generosa gentis auitæ,
 Inter Mauortis gloria prima viros.

Victor hic in bellis fortis, mansuetus & acer,
 In cunctis sapiens & moderatus erat.

Nilius hic contra, nil Christi verba professos,
 Hostes sed contra vir tulit arma DEI.

Dogmata dilexit præ cunctis cœlica Christi,
 Pauperibusq; tulit munera larga pijs.

Ergo sibi in vita præsentia numina CHRISTI
 Expertus petijt regna beata DEI.

Exuuiæ hinc recubant, celso mens gaudet olympos,
 In mundo celebri fama decusq; manent.

EPITAPHIVM
 GENEROSÆ FOEMINÆ
 ELIZABETHÆ AB HOLLE,
 olim, dum viueret, nobilis viri, Domini
 IOHANNIS ab HOLLE
 pudicissimæ coniugis.

Quisquis es haud nimiū properes, studiose viator,
 Sed prius hæc memori carmina mente legas.
 Hic iacet ELIZABETH coniunx IOHAN-
 NIS ab HOLLE.

A Monachusiano sanguine progenita.
 Ateneris quia docta sacrum pietatis amorena,
 In Christi constans cognitione fuit.
 Exemplumq; viris veluti virtute maritis,
 Matronale etiam sic fuit illa decus.
 Nec sterilis vixit, sexus vtriusq; parentem
 Fructibus hanc ventris fecerat ipse DEVS.
 Quos inter nunc est EBERHARDVS Episco-
 pus huius.

Ædis, & Antistes Clara Lubeca tuus.
 Qui memor humani fati, pietatis & ergo,
 Hæc posuit matri splendida busta suæ.
 Quatuor at reliqui civili laude celebres
 Promeruere suum Marte togaq; decus.
 Quæ fortuna pios beat hanc quoq; pressit in orbe,
 Crux solet vt stabilem sæpe probare fidem.

Hanc

*Hanc tamen auxilio Domini patienter inherens
 Pertulit, & victrix spe generosa fuit.
 Sic inopum mater prolis solamen Asylon,
 Afflictis senij vixit honore grauis.
 Dum repleta bonis satura aui prole beata
 Clauderet extremum per pia fata diem.
 Dicta quies Domini, nunc mente soluta quiescit
 In Domino, donec venerit illa dies.
 Illa dies optata pijs, qua corpore iunctos
 Atq; anima Christus nos super astra vehet.*

GERMANICE.

Bleib lieber Leser stille stan/
 Schau diese Tafelen fleissig an/
 Von Munchausen Elisabeth/
 Ruwet alhier in dieser stedt/
 Welche ire Eltern wolgethan
 In Gottes furcht erzogen han/
 Bis sie nachmals durch Gottes radt/
 Johan von Holle gefreiet hat/
 Vnd hat jr Gott im Ehelichen leben
 Acht Sons vnd fünff Töchter geben/
 Vnter welchen Herr Eberhardt/
 Bischoff zu Lübeck dieser fare/

Zu dem des Stifftes Werden ist/
 Administrator itziger frist.
 In Luneburg auch Herr / vom Haus
 Herrlich gerhümet vberaus.
 Die andern vier / nach seiner gnad
 Der from Gott auch gezieret hat.
 Das sie durch Ritterliche thaten/
 Zu dapferen Leuten sind gerathen.
 Es ruwen die andern achte/
 In Gott dem HERRN all sachte:
 In aller Mutter tugentreich/
 In freuden vnd creuz jmer gleich/
 Sich wie ein Christliche Matron
 Hat in gedult erzeiget schon.
 Gelebt auch in Gottseligkeit/
 Bis sie Gott zu bstimpter zeit
 Nach seinem willen mit grosser gnad
 Von hinnen ab gefordert hat.
 Das Leichnam licht allhie begraben/
 Die Seele im Himmel ist erhaben/
 Vnd schawet an mit selicheit/
 Ewiges leben vnd herrlicheit.

Mente D E I natum agnoscit & inuocat ore,
 Hunc fontem vitæ prædicat esse suæ.
 Tandem maturæ pressus grauitate senectæ,
 Deseruit moriens quicquid hic orbis habet.
 Egregiamq; animam cæloq; Deoq; remisit,
 Corpus in vmbrosa putre quiescit humo.
 Hic cum Christicolis expectat surgere sanctis,
 Cum breuis extremum duxerit hora diem.

Incisum lapidi eiusdem Sepulchrali.

CVra mihi iuueni peregrinas visere terras,
 Cura mihi cum re querere nomen erat.
 Fau'erunt superi votis, Curlandia namq;
 Me Dominum legit pontificemq; suum.
 In patriam tandem prouecta ætate reuersus
 Legitimo Mitram posthabui thalamo.
 Et merito didici tum præsul viuere mundo,
 At didici coniunx viuere, Christe, tibi.

LVNEBURGAE

A V T.

HAnc veteres urbem celebrè dixere Maronim,
 Condi Bardorum vici est quæ cæpta ruinis.
 Anni vbi mille fluunt centum octoginta nouemq;
 Tempore quo Princeps celebri Leo nomine dictus
 Simonis in festo Bardnick subuertit ab alto,

Urbs

Vrbs est dicta vaga celebrato nomine Luna,
 Idolum Lunæ vicino in monte locatum.
 Gentes quod vero colerent pro numine cæcæ,
 Quas Christi ad cultum conuertit Carolus armis,
 Carolus est celebri dictus qui nomine Magnus,
 Annis exactus post Christum ex Virgine natum,
 Septingentenis atq; octoginta decemq;
 Tempore Saxonis Deus ex hoc verus in oris
 Notus, & est factus cultus sub nomine Christi,
 Occupat hæc subito celebratæ mœnia Phœbes
 Hostis, quæ rursus præsens Deus eripit hosti,
 Anni ubi mille fluant, vnus, decies quoq; septem,
 Trecentumq; simul, veterum ceu carmina dicunt.

IN TEMPLO MONA-
 STERII D. MICHAELIS

L I S.

EPITAPHIUM
 HERMANNI BILINCK
 PRIMI DUCIS SAXONIAE
 & fundatoris huius Mona-
 sterij.

Herman Bilinck bin ich genant/
 Im Römischen Reich wol bekant.

Ein Edelman von Stibekeshorn/
 War von schlechtem Stam geboren/
 Kunst/tugent vñ gerechtigkeit mich brachte/
 Das der Keiser Otto mich zum Fürsten
 macht/

Hertzog zu
 Sachsen,

Anno 954.

Zu Lunen-
 burg 961.

Anno 965.

Da ich nu erhaben zu einem Herrn/
 Stiffte ich Gott vnd dem Adel zu ehren/
 Vnd bauete das Kloster zu S. Michel für-
 war/

Darneben Lüneburg das Schloß aldar/
 War züchtig / streng in aller that/
 Otto der Gerechte mich drum mehr be-
 gnadt.

A.

*Inclytus hæc posuit Princeps EBERHARDVS
 ab HOLLE,*

Saxonie primo sic monumenta Duci:

Inclyte te Princeps celebrem virtute per annos,

Florentem Pyllos seruet ametq; DEVS.

Dogmatis es summi Domini qui summus amator,

In vero constans religione DEI.

Pacificus, sapiens, rebus moderatus agendis,

Doctorum fautor Pieridumq; chori.

Est tua præcellens sapientia cognita, Princeps,

Est pietas studium pacis amorq; bonæ.

Inter

Inter vbi Phœbes facta^{est} patresq₃ Ducesq₃,
 Pax olim nullo dissoluenda die.
 Nanq₃ tuo in primis pax hæc est parta labore,
 Quam toties patres, quàm petière Duces.

Anno 1562
 mensis Aprilis.

SEPULTI IN HOC TEM-
 PLO PRINCIPES VE-
 teres quatuor.

I.

DOMINA MECHTILDIS
 DUCISSA BRVNS: ET LVNEB:
 Soror Ludouici Imperatoris, que obiit,
 Anno 1319. in vigilia palma-
 rum.

II.

DOMINVS OTTO DVX
 BRVNS: ET LVNEB: PRIN-
 ceps serenus & pacificus, qui obiit
 1330. 5. Nonas Aprilis.

III.

DOMINVS CVNRADVS
 Soltouu, Episcopus Ecclesie Verdensis,
 Theologie Doctor, qui obiit
 1307 die 11. Ianu.

EPI-

EPITAPHIVM.

Doctoris titulo celebris Cunradus in æde
Verdensi præsul sacras tractavit habenas,
De sancta scripsit Triade, accusatus ob illud
Hæreseos Latio sub præsule iudice vicit.

T. H. M. F.

I I I I.

DOMINVS ALBERTVS

Zersted Lunenburgensis patricius, qui
obiit 1545. pridie Viti, æta-

tis 49.

EPITAPHIVM.

Vir probus & vita pietati deditus omni
Pauperibus largas distribuebat opes.
Qui sua nunc isto dedit ossa tegenda sepulchro,
Ipse sed in Christo gaudia diues habet.

EPITAPHIVM

DOMINI BOLDVINI

MARNHOLT Abbatis, qui
obiit Anno 1531.

Hoc patria clarus Marnhold virtute domoq;
Bolduinus posuit membra soluta solo.

Abbas

Abbas, qui rexit sanctè hæc collegia patrum,
 Doctrina effulgens & pietate grauis.
 Urbicùm primùm cæperunt mœnibus altis
 His spargi summi semina sacra D E I.
 Vir fuit excellens magna virtute fideq̃,
 Consilijs prudens, religionis amans.
 Illustres terræ Dominos clarumq̃ Senatum
 Adiuuit rebus, consilijsq̃ bonis.
 Pacis amans iunxit discordia pectora amicè,
 Edere ne strages dissociata velint.
 Claruit illustri virtus Heroica vultu,
 Facundo Pylum fluxit ab ore decus.
 Exuuias nunc busta fouent, sed viuit in astris
 Æternum felix Spiritus ante D E V M.
 Felix, qui fluidæ peragit sic tempora vitæ,
 Æternum letus viuat vt ante D E V M.
 AF.

EPITAPHIUM

DOMINI HERBORDI
 ab Holle Abbatis, qui obiit anno
 1555. ætatis suæ 63.

Corpore talis erat, vultuq̃, HERBORDVS
 ab HOLLE,
 Et genere & summa vir pietate grauis.
 Qui non tam titulo quàm re dignissimus Abbas
 In vera Antistes religione fuit.

Hancq̃

Hancq; Deo grata constanteq; mente professus,
 Se dignum tali tempore fecit opus.
 Nunc igitur cælo post fata peracta receptus,
 Hic quoq; præsentis vixit, vt ante, D E O.

EPITAPHIUM

HONESTISSIMÆ MA-
 trone Catharine ab Heimbrug, Coniugis
 nobilissimi viri Dn. Iohan ab Holle, Capi-
 tanei Senioris, qui obiit Rodebur-
 ge, Anno 1568. 14. Fe-
 bruarij.

CONDITA quæ iuxta iacet hæc Catharina colūnã,
 Nobilis è claro stemmate nata patris.
 Debita cui coniunx Iohannes soluit ab HOLLE,
 iusta pari ducens nobilitate genus.
 Nec virtute minus quàm nobilitate fuerunt,
 Amborum cunctos pectora clara dies.
 Quinq; sed vnanimis tantum vixere per annos,
 Dum properè vxori stamina Parca secat.
 Quæ vixit verè pia, sancta, modesta, quieta,
 Casta, benigna, prudens, sedula, amansq; viri.
 Hanc lugens igitur, terna cum prole relictus
 Condita vir tales dat propè busta sonos:
 Optima perpetuos Catharina valeto per annos,
 Dum nos æterno iungat amore D E V S.
 Erectum VVunsturpij. Epi-

EPITAPHIVM

DOMINI ANTONII AB

HOLLE, eiusq; coniugis.

Ich Anton von Holle genant/
 Vnd mein Gemahl wol bekant
 Haben ligen vnther diesem Stein/
 Im HErrn Christo Knochen vnd bein/
 Bis das er aufferwecket sie vnd mich/
 Mit allen Heiligen wunderbarlich/
 Des todes Kinder waren wir geborn/
 In Gottes zorn ewiglich verlorn/
 Durch vnfers Herrn Christi blut vnd tod/
 Sind wir erlöset aus aller not/
 Des HErrn Ihesu Christi blut
 Ist vns vor allen schaden gut.
 Christus hat gestillet Gottes zorn
 Der Todt sein stachel hat verlorn/
 Wir sind im nicht mehr vnterthan/
 Das Gesez vns nicht mehr anlagen kan/
 Sünde hat kein gewalt an jr vnd mir/
 Des dancken wir HErr Ihesu dir/
 Vnd loben dich in ewigkeit/
 Für solche grosse gütigkeit.

D E P P

EPITAPHIVM,
 NOBILISSIMI AC FOR-
 tissimi viri Domini HILMARI
 à Munchausen.

Cognita militiæ tenuit qui iura cruenta,
 Et nouit quo sint bella gerenda modo,
 Qui struxit toties animoso pectore pugnas,
 Et dubij validum Martis obiuit opus,
 Qui toties dextra victrici contudit hostem,
 Fixit & in multis clara trophæa locis,
 Hilmarus claro Munchausen stemmate natus,
 Inclyta Saxonici lausq; decusq; soli,
 Infesto humani generis modò victus ab hoste,
 Hoc posuit patrio corpus equestre solo.
 Incolit ætherei melior pars culmina cæli,
 Pro summa coluit qua pietate DEVM.
 Martia non vnquam contra ius spicula torsit,
 Nec Christi aduersus contulit arma gregem.
 Sed sapiente cauens Romanas pectore fraudes
 Assertor veræ religionis erat.
 Consilij etiam moderatis autor haberi
 Pacifici studuit cautus vbiq; status.
 At belli motis vtrunq; tumultibus heros,
 Pro lege & patria fortis & acer erat.
 Hinc manet Herois nomen, manet inclyta virtus,
 Bellica dum clari gloria Martis erit. .A. f.
 EPI.

Epitaphium

DOMINI ADOLPHI A

Munchausen, viri generosi pietate & vir-
tute singulari, qui obiit anno 1576,
Calendis Martij.

GLoria Munchusie hic requiescit stirpis Adol-
Defuncti clarum nomen ubiq; suit. (plus,
Vir fuit hic celebri doctrina clarus Adolphus,
Et celebri clarus vir pietate fuit.

Novit hic Ausoniae & Graiae fundamina linguae,
Et novit veteres, historiasq; novas.

Salvifici audiuit studiosus dogmata verbi,
Contulit Aonijs munera larga choris.

Exuviae hic recubant, animae nova viuitur aetas
Angelicos inter nunc sine fine choros.

AF

Epitaphium

LAVINI DE MEDING,

qui obiit 1554:

Ein junger Held in Gott behend
Leuin von Meding nam sein end /
Da er zuorn mit frischem mut
Verwundet ward auff sein gut /

D 2

Dce

Der sonst from vnd Gottfürchtig war/
 Vnd lebet im Ehestandt nur zwey Jar/
 Verlies einen Son acht wochen alt/
 An gemüt vnd Leib wolgestalt.
 Margaretha von Schulenburg geboren/
 Die im Gott zum Gemahl erforen/
 Im Widwen stand eine lange zeit
 Mit trawren trug gros herzenleid/
 Lebt sonst in aller erbarkeit/
 In tugent vnd Gottseligkeit/
 Vnd tröstet sich das sie Christus beid
 Erfrewen wird in ewigkeit. *Vxor p. c.*
A. M. T. M.

Epitaphium,

DOMINI VVILKINI A
Kisleu, senioris huius Monasterij,
qui obiit anno 1566.

Hic sua VVilkindus posuit post funera Kisleu
Ossa, vir antiqua nobilitate satius.
Qui sacra Cænobij bona procurauit & auxit,
Quo Michaël phæbes considet vrbe loco.
Dum sibi commissum munus benè gessit, & extra
Cænobij quæ sunt mænia, rexit opes.
Osor erat vitij, virtutum summus amator,
In rebus constans, cum bonitate grauis:

Et

Et licet antiqua sub religione fuisset,
 Edoctus Latij implicitusq; dolis:
 Mox tamen amplexus purgati dogmata verbi
 Saluifica constans in pietate fuit.
 Et nunc pauperibus doctisq; ablata columna
 Aetherei decorat regna beata poli.

Epitaphium

DOMINI IOHANNIS
 TUTZENRADII LL. Doctoris, Se-
 natus Luneb: quondam Syndici, qui
 obiit anno 1575. 4. No-
 uembris.

Læuia soluuntur cunctis tunc stamina vitæ,
 Cum veniet, Parcæ quem statuere, dies.
 Sic quoq; Iohannes Tutzrad modò cessit ab orbe
 Ingrato, ætherei Doctor ad astra poli.
 Qui patriæ genitus Erphurdi in mœnibus altis,
 Legibus Aonia Doctor & arte fuit.
 Notitia iuris præstans pariterq; disertus,
 Insunt Iuridico quæ duo rara simul.
 Syndicus est quondam Thœbea lectus in vrbe,
 Quam meritis auxit consilijsq; diu.
 Debilis hinc varijs curis varioq; labore,
 Iureq; defessus saepe ferendo sacro.

*A curis requiem quærens gratosq; recessus,
 Quæ sibi construxit prædia amœna colit:
 Hic obiit tandem morbo superatus acerbo,
 Annos qui Pylios viuere dignus erat.
 Exuuiæ hic recubant, melior pars uiuit in astris.
 Inter cœlestes, agmina sancta, choros. A.*

Epitaphium,

N O B I L I S E T S T R E
*nui viri Domini I T E L R V, qui
 obiit anno 1575. ult.
 Decembr:*

Ortus ab antiqua Chattorum gente & equestri,
 stirpe Ruus, maiorũ more excellere in armis
 Credebat pulchrum esse, quibus tot principum in
 Ante alios meruit laudem, seu cominus ense (aulis
 Certaret, certaret eis, siue eminus hasta,
 Idem præstans ingenio, eloquio, integritate,
 Carus erat multis, cupiẽre ipsum esse ministrum,
 Qui sibi, sed Ducibus Luneburgensibus, omnes
 Posthabuit, quorum cum tanta laude regebat,
 Cum quanta nemo ante aulam, iam grandior æuo,
 Hic se consortemq; tori, insignem pietate
 Matronam, post tristia fata volebat humari.

Aut. Ioh. Richius.

Epitaphium

Epitaphium
 VXORIS EIVS MARGA-
 RETHAE Badendorph, quæ obiit
 Anno 1579. 11. Aug.

Quattuor exactis fatum post conjugis annis
 ILRV D I I coniunx cælica regna petit.
 Non fuit hæc vera cuiquam pietate secunda,
 Non vera generis nobilitate fuit.
 Dogmata dilexit Christi, Christiq; ministros
 Pauperibus columen portus & aura fuit.
 Digna fuit Pylios ergo vixisse per annos,
 Multis vi ferret commoda multa pijs.
 Sed rapit heu quosuis nullo discrimine ab orbe,
 Cum pueris iuvenes, mors truculenta, senes.
 Exuvie hic recubant dilecti coniugis ossa
 Iuxta, sed cælum mens utriusq; colit.
 Quò nos defunctos placidè quoq; ducito CHRISTE,
 CHRISTE salus cunctis, spes, via vita, pijs. A. f.

EPITAPHIUM.

DOMINI SIMONIS
 Brauns. Vratislaviens: Pastoris, qui
 obiit anno 1570, die
 Viti.

Discipulus diui iacet hac sub mole Lutheri,
 Et studijs cultus, magne Philippe turis.

D 4

Quera

Quem sua Slesiacis vrbs Vratislavia terris
 Insigni clarum protulit ingenio.
 Quod cum Leucorea pius excoluisset in vrbe,
 Factus Apostolici portio sacra gregis.
 Quinq; vir in celebri Luneburga lustra verendus
 Sparsit verbigenæ dogmata sancta DEI.
 Hic quinq; vxores fatali turbine ductas,
 In sacro tenuit (res memoranda) toro.
 Eius ope & Præsul Verde celebrisq; Lubeca
 Sustulit è templis dogmata falsa suis.
 Mortuus est Lunæ rediens inspector ad urbem,
 Hinc vbi Verdensis stant sacra templa soli.
 Sic alibi natus, sic mortuus, sicq; sepultus,
 Ad patriam veram, cœlica regna, redit. M.

EPITAPHIUM

DN. M. THOMÆ MAVERI.

ri, Pastoris, qui obiit anno 1575. 10.
 August. 30. ætatis.

Hic veterum Lector spectans monumenta piorū
 Si dubitas hæc sit cuius imago viri:
Est Thomæ effigies Maueri expressa verendi,
 Reddere vt hæc potuit parua tabella tibi.
Angelica Pastor docuit qui fidus in æde
 Hac Christi veram, cum pietate, fidem.

Tribu-

Tribula Slesiacis vrbs quæ celebratur in oris
 Hunc celebrem misit nomine & arte virum
 Vir tribus hic doctus linguis, felixq; poeta,
 Doctrina clarus iudicioq; fuit.
 Pendebat cuius populus tradentis ab ore
 Ardenti zelo dogmata vera D E I.
 Sed citò cum natis rapuerunt fata duobus,
 Ut primum tollunt inuida fata bonos.
 Exuuiæ recubant, illic vbi semina verbi
 Diuini sparsit sedulus ante diu.
 Spiritus ætherio gaudet sed letus olympo
 Inter, iusticiam qui docuere, viros.

EPITAPHIUM

VRSVLÆ VOITZ M.

Thomæ Maueri prioris coniugis, quæ
 obiit anno 1567. 13.

Septemb.

VRSULA Maueri quondam charissima coniunx
 Nunc cinis in viridi facta quiescit humo.
 Patria cui vitam & dederat Serueſta maritum,
 Huic Luneburga datas rursus ademit opes.
 Tertius haud iusto veniens in tempore partus
 Hanc tulit in matris, prole manente, sinu.
 Sic sublata D E O, mandato in munere, credens
 In Christo dormit, mox rediuiua, suo.

D 5

Intera

*Interea coniunx bina cum prole relictus
 Hoc statuit magni triste doloris opus.
 Ursula Maueri quondam charissima coniunx
 Æternum salue, perpetuumq; Vale.*

Epitaphium

MARGARETHÆ LOS-
SIAE, M. Thomæ Maueri, secunda
*coniugis, quæ obiit anno 1578.
 3. Septemb.*

Marg.

Margaris hac coniunx Maueri condor in vna,
 Losiade fueram quæ generata patre.
 Non ego quæsiui fastum non deliciasq;
 Spes mea sed Christus, deliciuq; fuit.
 Huius dilexi præ cunctis dogmata v. rbi
 Quæ mihi in ærumnis sola leuamen erant.
 Ergo mihi Christum præsentem mortis in hora
 Experiens, petij culmina celsa poli,
 In quibus aspectu nunc Christi perfruo, inter
 Angelicos, capiens gaudia vera, choros,
 Exuijs donec mea mens reddatur ab alto,
 Cum venies summo, spes mea, CHRISTE, die.
 P. F.

IN

IN TEMPLO SVM-
MO D. IOHANNIS,
PRÆPOSITI DECEM, AB AN-
NO 1444. VSQVE AD
ANNVM 1530.

*Antea gubernata est Ecclesia, à condita
Luneburga, anno 1189.
per Archidiaconos.*

I.

IOHANNES A MYN-
DA.

Prepositus primus Phæbea Ianus in vrbe
A Mynda patrio nomine dictus erat.
Pontificij hic Doct̃or iuris celebratus, & ante
Christicolum pastor fidus in vrbe fuit.
Obijt anno 1448.

II.

LEONARDVS LANGE
Luneburgensis.

Hunc sequitur præses Leonardus Langius urbis
Doct̃or sacra-^{ti} qui quoq; iuris erat.
Hic Phæbes celebri soboles generatus in vrbe
In patriam gratus commoda multa tulit.

Nanq̃

Namq̄, nouum contra celebri grauitate Senatū
Defendit veterem, consilijsq̄ iuuat.

Cum ciues remouent malesani à sede Senatū,
Et rapiunt vrbis iura tenenda sibi.

Tempore, quo patres veteri sunt sede reposti,
Antiqua hi versus simplicitate docent,

Inscripti patulis Iohannis in æde fenestris,
Quò croceos spectant Phæbi orientis equos,

Theodoril tal schar,

M. CCCC. VI. Iar,

De olde raht wedder fam/

Bether idt wordt

Alle man vornam.

Tum primum est sacra proposituræ condita sedes
Quam Superintendens nunc venerande colis.

Dignior hoc tanto celebrata sede locari

Verba Dei quanto purius ipse sonas.

Obijt anno 1486.

III.

ARNOLDVS DE HEI-
da Bremensis.

Tertius Arnoldus præses venerandus ab Heida,
Doctor & hic iuris cognitione fuit.

Sed nihil hic gessit quicquam memorabile, forsan

Quòd sibi non alijs, viuere, dulce fuit.

IOHAN^o

IOHANNES BARVM

Hannouerensis.

Quartus Iohannes Barummius ordine præses
 Urbis Phæbee, litigiosus erat.

Namq; etiam Abbati fuit ausus, Sancte Michael,
 Iurgia præpositus dira mouere, tuo.

Antiqua vtrius Cyriaci ius sit in æde

Et causam tandem litibus obtinuit.

Obijt anno 1501.

V.

IOHANNES SARTORI.

us à Thuna.

Quintus Iohannes Thunus Sartorius vrbis
 Præpositus, Doct̃or qui quoq; iuris erat.

Contulit hic largus tibi opes, Ecclesia, multas,

Nunc tibi quis tenuem dat, bone Chr̃ste, stipē?

Obijt 1521.

VI.

MAGISTER IOHAN-

nes Kollerus Hagensis.

Sextus Iohannes Kollerus in ordine præses
 Stadthagio celebri natus in vrbe fuit.

Tem-

Tempore, quo Christi purgatū est dogma per vrbes
Sordibus à Laty nequiusq; Patris.

Tempore, quo facta est Superintendentis in vrbe
Hæc celebris primūm præpositura domus.

Cura quoq; est illi tum animarum tradita sancta,
Cætera præpositus, curat habetq; bona.

Hic moriens celebri donat Cratere Senatū,
Mentem illi gratam quo probet inde suam:

Vngarici hunc circum præfulgent ordine nummi,
Aurea qui veterum tempora ritè notant.

Vltimus est cupreus nummus sic vltima proles,
Est cuprea, in peius nunc bona cuncta ruunt.

Hæc canit in celebri bifrons cratere resurgens
Ianus, de superis qui sua terga videt:

Wey der Münz sol man lere!

Wie sich die Welt thut verkeren.

Illius in Mariæ templo spectatur imago,

Viventis referens os oculosq; viri.

Templū, quod sacrū magnis modo sumptibus vrbis
Conditur ad Christi verba sonanda, nouum.

Obijt anno 1536.

VII.

IOHANNES KNVST.

SEptimus est præses venerandus Knustius ædis,
Iuris sacrati qui quoq; Doctor erat

Absens

*Absens qui peragit per fidum cuncta ministrum,
Ceu fuerant inter iura statuta patres.*

VIII.

IACOBVS SCHOMA

cher, patricius Luneb;

HOs sequitur celebri præstans virtute Iacobus
Schomacher veteri stirpe domoq; satus.

Vir fuit eximius, veræ pietatis amator,

Doctorumq; virum Pieridumq; chori.

Inprimis Claræ pubis promotor & altor,

A quo non vllus tristis abiuit inops.

Exuuiæ recubant Barduigæ molliter vna,

Spiritus in Christo regna beata colit,

Obijt 1563.

IX.

HINRICVS STAP

pensen.

Nonus nunc sequitur Stappense Hinricus in vrbe,

Notitia Doctor iuris & ille fuit.

Hic resedens celebri Brunonum præses in vrbe

Alterius curæ iura tenenda dedit.

Obijt 1566.

DOMI-

DOMINVS HINRICVS

*Borcholdus I. V. Doctor Illustriss: & reue-
rendiss: Principis & Episcopi, Domini
EBERHARDI ab HOL-
LE, Cancellarius.*

Decimus Hinricus Borcholdus Doctor in vrbe,
Nūc præsēs patriæ est stirpis et vrbis honos,
Principis illustris EBERHARDI clarus ab
HOLLE

Aulam qui eloquio consilijsq; regit.

*Summus doctorum fautor, summusq; Scholarum
Fautor, & Aonij spesq; decusq; chori.*

*Quem tu præstantem Claro cum Principe in annos
Nestorios saluum, Christe, tuere virum.*

DE INCENSA TVRRE

Templi D. Iohannis, à fulmine,

Anno 1406. Versus

veteres.

Iam Domino nato, milleno sex sociato
Cum quadringentis virtute rogi vehementis,
Sub tantis annis, turris fuit ista Iohannis,
Virginis in festo, dum sumpsit Aue Gabrielis,

Red-

Redduntur præstò campanellis Michaëlis
 Ætherium fulmen tantum discrimen agebat.
 Facta fuit mox horrida nox, non lætitiæ vox,
 Multi prostrati læsi sunt fulminis ictu,
 Euitare velis si pœnas vltiores,
 Dæmonis à telis studeas conuertere mores.

DE INCENSA TURRE

Iohannis Springgudi, à fulmine,

Anno 1562, 4. Decemb.

hora noctis 2.

Springudij turris celebris sic concidit olim
 Desuper in cineres horrendo fulmine tacta,
 Horrisonos inter ventos (miserabile visu)
 Ut flammæ Aquilo rutilantes iaëtat in auras,
 Utq; globi volitant ignis per mœnia sparsi,
 Ciuibus heu quantum flammæ incussere timorem,
 Ne in cineres caderent miserandos mœnia tota,
 Sed DEVS auertit, præsens qui cuncta gubernat,
 Cladem, cui Phœbes semper sunt mœnia curæ.
 Hæc steterat centum turris celebrata per annos
 Atq; octo, vt referunt, quam consul condidit altam
 Springudius magnum decus & munimen in vrbe,
 Præsulis heu Consul Romani pressus iniquo
 Fulmine in hac perijt turri miserandus opaca.

Obijt anno 1455.

E DE

DE NOVO SENATU,
electo veteri.

SEde sua veterem ciues mouere Senatum,
Atq; sibi Patres constituere nouos.
Autor ciuili motus Schaperus in vrbe
Præpositus Lunæ litigiosus erat.
Addere, cum Clero, reuens de fonte Salinæ,
Soluere quo patres æra aliena queant.
Eripitur sæuo tandem sed fulmine Papæ,
Vrbs fuit vt semper fulgida cura DEO.
Namq; breui Patres veteri sunt sede reposti,
Atq; dedit pœnis seditiosa cohors.
Hic tua Marquarde est Mildhoni cognita virtus,
Atq; tua Stacheto cognita Nicoleos.
Vos etenim adfertis mandata è Cæsaris aula,
Pax quibus est vrbi parta salusq; bonæ.
Gregorius TILITZ sic Protonotarius urbem
Eloquio inuit consilijsq; bonis.
Tempore, quo Patres inter Dominosq; Ducatus
Lis intercessit dissidiumq; graue.
Hic sua Gregorius gelido fouet ossa sepulchro
Pars melior cæli gaudia vera colit.
Marquardi, saxum, defuncti membra reposta
Monstrat adhuc, iuxta templa sacrata, vetus.

Obijt anno 1464.

EPI.

EPITAPHIA SVPER-
INTENDENTVM, AB
ANNO 30. QVINQVE.

I.

DOCTORIS VRBANI
RHEGII, qui obiit Cella,
Anno 1541.

Doctor:

RHegius hac gelida Doctor sum conditus Urna,
Qui veræ assertor religionis eram.

Vindelica Princeps duxit me clarus ab vrbe
Phæbei ERNESTVS spesq̄, salusq̄, soli.

Tempore quo celebris Regum conuentus habetur
De vera summi religionis DEI.

Eripit insidijs hinc me manibusq̄, Latini
Antiochi, contra qui mouet arma DEVM.

Cuius ego technas socius tibi, sancte Luthere,
Detexi, & multis dogmata falsa libris.

Quæ ratio veræ, docui, sit vera salutis
In Christo dandæ, non dubitante fide.

Et veterum euolui de Christo oracula vatam,
Quis sit, & hic mundo munera quanta ferat.

Moribus vt viuat sanctis Ecclesia Christi,
In multis docui constituiq̄, locis.

E 2

Nil

*Nil quicquam moui furiosæ plebis ad æstus,
 In templo vt multi seditiosa mouent.
 Sic proprios capiens alienos linque labores,
 Exornet Sparta munia quisq; sua. A.*

II.

DN. M. PAULI RHODI
*DII, qui obiit Stetini, cum annos
 tantum tres hanc Ecclesiam
 gubernasset.*

Hinc Paulus Rhodus summus vir præses in eo
 Doctrina præstans & pietate fuit. (de,
*Nil motus fecit raptusue libidine vulgi,
 Commoda quod quærit sub pietate sua.
 Quilibet vt moriens, statuit, conferret ad vsum
 Urbs aleret Mystas quo Clariamq; Scholam.
 Stetinia hic patriam celebrem reuocatus ad urbem
 In patria placidè, post breue tempus, obit. A.*

III.

DOMINI CHRISTOPHO-
*ri Hegendorphini, qui obiit anno
 1540. 8. August. ætatis 40.*

TABELLA,

STern

Stemmata, qui procerū spectas hīc, Lector, auitū
 Hīc celebres etiam figito, docte, gradus
 Splendida non monstro fuis monimenta metallis,
 Non vultus pictos ære nitente, tibi.
 Sed, quem spectandum Musæ pietasq; dedere
 Et virtus, refero parua tabella virum.
 Quis fuerit, quæris? Fuit hic Hegedorphius ille,
 Quondam qui Phæbes Syndicus vrbis erat.
 Et Superintendens factus quoq; postea in vrbe,
 Multas qui passim rexit & antè Scholas.
 Scriptaq; iam toto cuius celebrantur in orbe
 Æternum nomen quæ peperere viro.
 Molliter in sanctos cineres resoluta quiescunt
 Ossa, capit regnum Spiritus ipse D E I.
 Hæc vbi cognosti, Lector, pia vota precatus,
 Quò tua te ducit nunc via, lætus abi. *A.*

IIII.

D O M I N I M. F R I D E R I.
 ci Henningj, qui obiit anno 1563.
 5. Decemb.

Hæc humus eximij Friderici membra Magistrj
 Henningi vitæ restituenda fouet.
 Qui Superintendens hīc rexit pace beata
 Constans, & sonuit dogmata vera D E I.

E 3

Vir

Vir grauis & doctus multos venerandus ob annos
 Eloquio præstans iudicioq; grauis.
 Candidus & prudens fastu semotus ab omni
 Pastoris Christi vera & imago fuit.
 Munere diuino non est Ecclesia CHRISTI
 Sancta sub hoc motu dilacerata nouo.
 Autor erat pacis ciues interq; Sanatum
 Hic referens nomen pacis amore suum.
 Dogmate ne falso quisquam vastaret ouile
 Christiadam, hic cauit sedulitate pia.
 Sex ubi lustra pie Christum docuisset, & annos
 Ternos, hunc tandem fata tulere virum.
 Corporis est ablata viri presentis imago,
 Fama sed absentis non abolenda manet.
 Hic gelido placide requiescunt ossa sepulchro,
 Pars melior cæli gaudia læta capit.

V.

DOMINI M. IOHANNIS

Echbergii, qui obiit anno 1568.

9. Aprilis, ætatis 36.

Molliter hic recubant Echebergi membra Magi-
 Qui Superintendens clarus in vrbe fuit, (stri
 Artibus ingenuis nulli & pietate secundus,
 Eloquio clarus notitiaq; DEI.

Difficili

Difficili hic morbo grauius luctatus obiuit
 In vera constans cognitione D E I.
 Vna dies vitam rapuit funesta parenti,
 Filiolæ vitam contulit vna dies.
 Namq; die moritur quo vir clarissimus, illo
 Prodiit in lucem paruula nata patri.
 Sic moriens fatur: mundo sum mortuus, in te
 Christe mihi solo vita salusq; manet.
 Exuuie in gelida hic requiescunt suauiter vrna,
 Spiritus in cælo gaudia vera capit.
 Huius erat Phœbes pater Echebergius vrbis
 Proles, hic Christi qui quoq; verba docet.
 Impia cum Latij Phœbes vrbs dogmata Papæ,
 Et verum cœpit nosse salutis iter.
 Nunc Superintendens hic Christum doctus Iassar
 Insigni Goedeman vir pietate sonat.
 Et sapiente regit Christi moderamine cœtum,
 Conseruans summi dogmata pura D E I.
 Solius in Christi meritis docet esse salutem,
 Atq; docet mores excoluisse bonos.
 Hunc tu Christe virum, Collegas atq; verendos
 Ad laudem serues nominis, oro, tui.
 Et serues ciues, sanctum seruesq; Senatum,
 Constantes vera cognitione tui.

Obijt 1559. 13. Ianuarij.

E 4

PASTOR

PASTORVM
SEX.

I.

CASPARI ROMSHA-
gen, à S. Lamber: qui obijt 1557.
6. Iulij.

Hic iacet in sacra Caspar Rhomshagius æde,
Pastor qui sonuit dogmata vera DEI.
Clara cùm primum Phœbea cepit in vrbe
Restitui cultus, puraq; verba DEI.
Antea qui docuit diuina oracula Marsos,
Cum dant Sutphani membra cremanda pij.
Vir pius & doctus, constans, Christi q; disertus
Præco: graui luctu totius vrbis obit.
Illius hic placida requiescunt ossa quiete,
Conspectu fruitur mens, sine fine, Dei.

II.

GUILHELMI SANT-
phurdij ad S. Iohan: qui obijt anno
1564. 15. Martij, æta-
tis 63.

Guilhelmus docuit Phœbes Santphurdus in vr-
saluificam, vera cum pietate, fidem. be
Ante,

Ante, decem atq; octo, Clariã, Osneburga, Iuuentã
Laudanda Rector, dexteritate tuam:

Quattuor hic annos Francisci præsulis Aulam
In vera format religione D E I.

Præsulis hinc cedit gladios minitantis ab Aula,
Ne probet INTERITVS dogmata tetra libri.

Post docuit Stadæ celebri venerandus in vrbe,
Quæ Phæbes distat millia clara decem.

A Stadis Phæbes post est hic missus ad urbem,
Christiadum cœtus quatri lustra docet:

Hunc Brogela tulit, te clara Antuerpia iuxta
Insignem docta tam pietete virum.

Exuuiæ hoc tumulo requiescunt, Spiritus astra
Incolit, in mundo fama decusq; manet.

Hæc petijt moriens præscribi sacra sepulchro,
Nicenæ fidei verba notanda, suo.

Ego Guilhelmus Santphurdus,
Credo remissionem peccatorum,
Expecto carnis resurrectionem,
Et vitam futuri seculi. Amen.

III.

DIONYSII BREDE

chavv Luneb: qui obiit 1564.

20. Augusti.

Hei nihil est hominis propriũ: hei nil durat in orbe,
Perpetuo, & primum quæ placuere, cadunt.

E S

Sic

31.

Sic cecidit subito Bredechauu Dionysius ille,
Patria qui Phæbes clarus in vrbe fuit.
Gnatus erat tuus hic, Dionysi clare Senator,
Artibus Aonijs noster alumnus erat.
Artibus Aonijs vbi iam fundamenta iecit,
Rostochiam petijt Leucoreamq; scholam
Hanc annos septem didicit versatus in vrbe
Palladias artes notitiamq; DEI.
Suiboniam cessit post hinc Silesiæ in oras,
Annis quam docuit dogmata vera tribus.
Doctrinæ hinc fama raræ & pietatis in urbem
Ascitus patriam, munia sacra capit.
Quattuor in templo Nicolai oracula Christi
Annos eximia dexteritate sonat.
Insignis pietas Dionysij vbi nota fidesq; est
Pastor Iohannis lectus in æde docet.
Hei docet hac menses ternos non amplius ille,
Annos qui Pylios viuere dignus erat.
Ardenti subito corruptus febre, beatus
In Christo placidè cælica regna petit.
Anno ætatis 32.

IIII.

DOMINI GERHARDI
Herberding Pastoris ad S. Nicolaum,
qui obiit anno 1572: ætas
tis 72.

Leuiter

Leniter hoc tumulo sua condit ossa Gerhardus
 Herbding, vir doctus, vir senioq³ grauis.
 Hac primus cœpit constanti pectore in vrbe
 Verbum cum paucis qui renouare DEI.
 Sedulus hinc pastor quatuor bis lustra verendus
 Christiadam tradit pabula sacra gregi.
 Vltimus è primis pastoribus vrbe recessit,
 Spiritus in Christi gaudet ouatq³ sinu. **A.**

V.

DOMINI IOHANNIS

Bertrami, ibidem, qui obiit anno

1575. 17. Aprilis, æta-
 tis 40.

Condita Iohannis Bertrami hic ossa quiescunt,
 Spiritus in cœlo gaudia vera capit.
 Qui celebri Phœbes Cella patre natus honesto,
 Artibus ingenuis deditus vsq³ fuit.
 E patria missus Phœbeam venit in urbem,
 Grammaticæ hic didicit prima elementa breui.
 Post vbi iam studijs esset grauioribus aptus,
 Leucoreæ petijt docta Lycœa Scholæ.
 Leucorea doctus magna cum laude vocatus
 Phœbea pubem Musica in vrbe docet.
 In quo tanta viri fulgebat munere virtus,
 Vt data sit Christi pascere cura gregem.

Munus

*Munere in hoc sancto syncerè oracula Christi
Tradidit, & veram per tria lustra fidem.*

EPITAPHIUM IOHAN-
nis Bertrami, Pastoris dicti, filij.

Hic cubo Iohannes gelida Bertramus in urna
Iunior, à Domino raptus ad astra puer.
Nomine qui retuli carum facieq; parentem
Qui pius hac Christi pavit in æde gregem.
Felix, qui potuit puer ex te Christe renasci,
Et puer ætherei tecta subire poli.
Impositum muro templi, versus meridiem.

VI.

DOMINI M. HIERONY-
mi Herberding, Dn. Gerhardi, filij, ibi-
dem qui obiit anno 1578.
12. Iulij.

Pastor in hac nuper vigilans Hieronymus æde
Herbdingus iuxta condidit ossa patrem.
Illius excellens virtus doctrinaq; rara
Adiuncta, summa cum pietate, fuit.
Ingenuus vitæ candor fuit atq; docendo
Illius Pylum fluxit ab ore decus.

Ergo

Ergo virum quiuis tantum dilexit in vrbe,
 Illius atq; obitu tristia signa dedit.
 Exuuiæ hic recubant placidè Pastoris in vrna,
 Mens capit in Christi gaudia vera sinu.
 Hic sinus est portus placidus requiesq; laborum,
 Quos varios omnis sentit in orbe pius. A.

IN NOSOCOMIO SAN-
 CTI SPIRITVS.

Cosma Brandes præfæcti huius Nosoco-
 mii annos 23. obiit 1568. T.

Hoc tegitur Cosmas sub marmore Brandius, al-
 Inferior nullo qui pietate fuit: (ma
 Quos fouet ædibus his sancti pia cura Senatus
 Pauperibus summa præfuit ille fide.
 Quorum etiam, proprii nil spectans commoda lucri,
 Non contemnendas censibus auxit opes.
 Præmia tam fidum compensatura laborem
 Iam superi expectat certus in arce poli.
 Hos Eberhardus alit præses modo fidus egenos
 Ouereman doctus vir pius atq; grauis.
 Semina qui quondam verbi quoq; sparsi t in vrbe
 Phæbea, tradens dogmata vera DEI.
 Antea in hac docuit Pastor Lampadius æde
 Iannes doctrina vir senioq; grauis.

Hamb-

Hamburga missus Phæbes qui venit in urbem,
Dogmata cum primum sunt renouata D E I.
Obijt 1565. 4. Maij.

EPITAPHIA ERE-
CTA IN TEMPLO S. IO.
HANNIS, IUXTA ORBITÆ
mortis ordinem.

I.

DN. MARTINI GLO-
den, I. V. Doctoris, & Syndici Lu-
neb: qui obijt anno 1524.

Qui fuit eximius præclaræ Syndicus urbis
Hic iacet à Luna quæ sibi nomen habet,
Cui studio legum, cui cognitione secundus
Eloquio nullus consilioq; fuit.
Inuida quem medijs rapuerunt fata sub annis,
Quid mortalis homo? nil nisi bulla leuis.

II.

DOMINI LUDOLPHI A
Dassel, Consulis Luneb: qui obijt
Anno 1537.

CO 75

Consulis eximij spectas monimenta Ludolphi
 Dasseli, in Christo qui bene lætus agit.
 Nominis & famæ vir nulli laude secundus
 Floruit, & tota charus in vrbe fuit.
 Viuere Nestorios toties optatus in annos,
 Vicit vota **D E V S**, quippe perennis erit.

III.

D O M I N I H A R D V I C I
 Stoteroggij, Consulis Luneb: qui
 obiit 1539. 13 Febr.

TE quoq; nunc Harduice doles Stoteroggie raptum
 Consilijs nuper patria læta tuis.
 Consul enim multos illam cum iuueris annos,
 Perpetuò optabat te superesse senem.
 At tibi, cui pietas dabat & prudentia nomen,
 Fidenti Christus præmia digna dabit.

IIII.

D O M I N I L E O N A R D I
 Tobing Consulis Luneb: qui obiit
 Anno 1539.

GLoria primatum Tobing Leonardus auitum,
 Patritia duxit nobile stemma tribu.
 Luneburgensis quondam clarissimus vrbis
 Assertor magno cultus honore fuit.

Bio

Bis tria qui celebris per lustra Senator adauxit
 Publica non tenui commoditate bona.
 Consul perpetuos octo bis circiter annos
 Emeruit virtus quod iubar alma viri?
 Pacis amans sano conamine multa repressit
 Consilio vulgi seditiosa trucis.
 Pro libertatis studio cum plurima tandem
 Fecisset, clarum fata tulere virum.
 Interitum cuius Respublica fleuit, eodem
 Funere cognoscet quæ bona rapta sibi.
 Immortalis erat qua parte, receptus in astra,
 Qua fragilis, cubat hac sarcina carnis humo.

V.

DOMIMI STEPHANI

Gerchen, I. V. Doctoris Syndici quon-
 dam Luneb. qui obiit
 Anno 1546.

Gerchius hic Doctor Stephanus sua condidit ossa,
 Incolit æthereas Spiritus ipse domos.
 Doctor erat Legum præstans et Syndicus urbis
 Huius, quæ Phæbes inclyta nomen habet.
 Magdeburga virum tulit hunc, patre consule natum,
 Eximium, fratres eximiosque duos.
 Sed Stephani pietas, virtus, sapientia summa
 Claruit excellens ingenijque decus. A.

DOMI

58.

VI.

DOMINI HARDVICI

Schomacher iunioris, Consulis Luneb:

qui obiit anno 1550. 27.

Iulij.

HAc iacet Harduicus Schomacher conditus vna
Eximius patriæ Consul & vrbis honos.

Quem doluit celeri Respublica morte peremptum

Omnis, & vt patriæ luxit in vrbe, patrem.

Nanq̃, ætate vigens animo sapiensq̃, senili,

Consilijs poterat commoda ferre diu.

Sed DEVS ingrato rapiens bona quælibet orbi

Hunc ad se subito transtulit orbe virum.

M. T. M.

VII.

DOMINI GEORGII GLO.

den Senatoris Luneb: qui obiit an-

no 1554. 16. Mart.

Hic iuxta patrium sua condidit ossa sepulchrum,

Qui similis, donec viueret, huius erat.

Floruit eloquio nulli & prudente secundus,

Consilio patriæ commoda multa tulit.

Non magis hoc alter pius, aut seruantior æqui,

Aut recti integrior cognitione fuit.

F

Sed

*Sed nihil istorum mors importuna moratur,
Ut solet, hunc etiam non tulit esse senem.*

VIII.

DN. NICOLAI STOTEROGGI

roggi, Consulis Luneb: qui obiit

anno 1560. ~~Prin.~~ Calen.

Ianuarij.

Nicoleos ista tegitur Stoteroggus in vrna,
Ista breuis tantum si capit vrna virum.

Qui patria insigni vestigia laude secutus

Hac etiam praestans Consul in vrbe fuit.

Cui, post saluifica studium pietatis, adhæsit

Ciuilis semper maxima cura status.

Unde velut patriæ pater, alta, publica, mentem

Commoda, priuatis fructibus ante tulit.

De proprijs opibus verbi quoq; grata ministris,

Pauperibusq; pio munera corde dedit.

In taliq; diem claudens pietate supremum,

Per veram, petijt ecœlica regna, fidem.

A. T. M.

Huius clarissimi viri, & prudentissimi
Consulis filia, Margaretha Stoteroggen
uxor fuit, primum Iohannis Bromes Pa-
tricij, postea facta coniunx D. Georgij
Borcholdt, nunc Consulis prudentissimi &
viri

viri optimi, quæ una cum tribus liberis, fi-
lio, & duabus filiabus, in tenera ætate sub-
latis, placidè in Domino obiit anno 1571.
eadem septimana, mense Aprili.

Mater	Die	}	4.
Stattus			7.
Margareta			9.
Anna			9.

Quos Barbara filia brevi subsecuta est.

MATRIS EPITAFIUM.

Molliter in Domino iacet hic pia mater in vrna,
Cum gnatis celeri funere raptâ tribus.
Mater erat veterum sata Phæbes stirpe parentum
Stotrogie cuius gloria magna viget.
Hæc iuveni primùm præstanti gentis auitæ
Bromsen non longo tempore iuncta fuit.
Sed tamen eximiam diuino munere gnatam
Elizabeth, stirpis progenuere decus.
Post sibi præstantem virtute Georgius illam
Borcholdus iunxit fœdere coniugij.
Qua cum traducens placidos bis quattuor annos,
Connubij septem pignora chara tulit.
Optima sed nuper coniunx erepta marito,
Quattuor & subitò pignora chara simul.

Exuvia hic recubant, animæ latentur in astris
 Angelicos inter iam, sine fine, choros.
 Talia quis dubitet morientes esse locutos,
 Atq; modo ætherio dicta referre polo.

MATER.

Non moriar, Christi morte est mihi reddita vita,
 Mox mihi donabit gaudia vera DEVS.

STATIVS.

Cum puer hinc abeam mundatus sanguine Christi,
 Nonne mihi melius, quò citius venio?

MARGARETHA.

Christo inserta sacrû per fontem, mortua non sum,
 Post obitum vita iam meliore fruor.

ANNA.

Filia nota necis, sanctoq; renata lauacro,
 Nunc victrix mortis viuo beata DEO.

BARBARA.

Hic legor, exuvia matrem prope in æde quiescunt,
 Ast animo viuo iugiter ante DEVM. A.

EPITAPHIVM FABII

Ludeken Capitanei in primis cele-
 brati, qui obiit anno 1571.

COns

Conditus hac Fabius dormit Lutichius vrna,
 Marchia cui vitam patria clara dedit.
 Qui Martem primis & castra secutus ab annis
 Promeruit clari nomen habere Ducis.
 Regna nouem vidit, quibus & sua facta probauit,
 Pro grege, pro sancta praelia lege gerens.
 Post varios tandem casus belliq; labores
 Christo militiae consecrat arma sua.
 Dum vitam Christi moriensq; dicauit egenis,
 Fortune & dextrae praemia larga sua.
 Felix qui potuit claris emergere factis,
 Felix, qui potuit Christi in amore mori.

E P I T A P H I V M D O M I
n i M. Hermann i Tulichij, Primi Scholae
Luneb: Rectoris, ab anno 1530. qui
obijt anno Christi 1540.
28. Iulij, aetatis 54.

Hermannus iacet hic Tulichius ille,
 Orator bonus & poëta felix,
 Huius sceptrum Scholae tenebat urbis
 Magna laude diu, sed ante tempus
 Tantum Fata virum abstulere mundo,
 Cum merore graui omnium bonorum.

Herman. Bonus Super. Lub:

EPITAPHIVM M. IO-

hannis Bathelij Cosueld. secundi Reſtoris
Scholæ Luneb. fidelisſ. qui obiit anno Chri-
ſti 1578. Septemb. anno ætatis 77.

docuit Scholam annos 11.

rexit 25.

Qvi fuit exemplar ſanctæ memorabile vitæ,
Huius & eximius Gymnaſiarcha Scholæ.

Doctrina clarus pietate verendus & annis,

Pacis amans, frugi ſedulus abſq; dolo.

Quo duce per varias artes deducta inuentus

Ac indefeſſo docta labore fuit.

Suauiter hoc tumulto tenuiq; Bathelius vrna

Dormit ad extremi tempora iudicij.

A. M. Alb. L. R.

EPITAPHIVM

GEORGII DITHMARI,

qui obiit anno 1567. 28. Iuly.

GEörgius hac placidè recubat Dithmarus in vr-
Ciuis Vlyſſæa qui ſatus vrbe fuit. (na,

Ciuis hic eſt celebris Phæbes poſt lectus in vrbe,

Diuitibus charus patritijsq; viris.

Debilis hic tradens ſua Chriſto fata potenti

In vera moritur cognitione D E I.

Defun-

Defuncti hic gelido requiescunt ossa sepulchro,
Incolit aethereas Spiritus ipse domos.

SYMBOLVM FAMILIAE

εἰρηνοποιὸν καὶ ἐξάτηνον, Pacificum
& amabile, Mit willen.

A

Pax & amor dulcis sit ubiq, & amica voluntas,
Pax societ mentes, pax foueatq, toros.
Pace nihil melius, pace est nil dulcius alma,
Vatis Iessæi ceu pia Musa canit.

Psalmo 133.

Quæ ligat unanimes felix concordia fratres,
O quales fructus vilitatis habet?
Consona fraterno si vita sit omnis amori,
Quis verè dubitet dicere pacis opus?
Tam sanctam sequitur pacem iucunda voluptas,
Quàm pius aethereo neclare pascit amor.

EPITAPHIA SCRIP-
PTA ALIORVM CONSV-
LVM AB ANNO XXX.

F 4

DOMI.

65.

I.

DOMINI THEODORICI

Elueri, qui obiit anno 1530.

ELuerus iacet hac Theodorus conditus urna,
Qui Phœbes Consul clarus in vrbe fuit.
Claruit in vultu decus, & venerabile in ore,
Eximiae & mentis gloria magna fuit.
Credas antiquis spectans Heroibus ortum
Viribus Alciden, Nestora consilijs.
Sedauit populum crebrò grauitate verendus,
Vir pietate grauis consilijsq; potens.
Tempore quo Christi verbum renouatur in vrbe,
Et ciues seruent religione noua,
Ille regit dictis animos & pectora mulcet,
Ne patres contrà quid statuisse vclint.
Ergò fuit Pylis vir tantus viuere dignus
Seclis, sed subito fata tulere virum.
Corporis exuuiæ recubant hac molliter urna,
Mens capit in Christi gaudia vera sinu.

II.

DOMINI GEORGII TO.

bing, qui obiit anno 1549.

HAccubat eximius clarusq; Georgius urna
Tobing, qui patriæ gloria magna fuit.

Cuius

Cuius erat præstans animi sapientia & ingens
 Virtus, eloquium, gloria magna viri.
 Consilijs spectans patriæ populiq̃, salutem,
 Publica vir proprijs protulit ille bonis.
 Vir fuit humanus mista gravitate verendus,
 Civibus alloquio charus in vrbe fuit.
 Tantum igitur summo Patrum populiq̃, dolore
 Hei patriæ subito fata tulere virum.
 Talis erat quondam Consul tuus ille, Georgi,
 Hinricus patria verus in vrbe Pater.
 Nenq̃, erat insignis virtus, sapientia rara,
 Prudens simplicitas, magna fidesq̃, viri.
 Exuviæ hic patrio recubant vtriusq̃, sepulchro,
 In cælis animæ gaudia vera colunt.

Obijt Consul anno 1504.

Vxor Elizabeth 1526.

III.

DOMINI HINRICI GAR-

lop, qui obiit anno 1553. natali-
 ijs Domini.

Consul.

Garlopius patria vixi dilectus in vrbe,
 Hinricus veteri nobilitate satus.
 Hoc mea gentili requiescunt ossa sacello,
 Additus antiquis patribus ipse meis.

F

S

Dilexi

Dilexi patriam, maiorum exempla secutus,
 Publica qui proprijs ante tulere bonis.
 Garlopius cecidit sic Consul fortiter olim,
 Hostis cum Phæbes mœnia clara tenet.
 Dum redit è cælo mea spes & gloria Christus,
 Exuviae hic recubant, Spiritus astra colit.

IIII.

DOMINI HARDVICI
 Schomacher Senioris, qui obiit an-
 no 1555.

Hac senior Consul sapiens Harduicus in vrna
 Schomachus posuit molliter ossa sua.
 Vir fuit antiqua celebris virtute fideq,
 Quales non multos tempora nostra ferunt.
 Ultimus hic veterum vidit de gente nepotes
 Illustres bello conspicuosq; toga.
 Qualis erat quondam parvus qui dictus Iacob
 Ausus cum magnis conseruisse manum.
 Hic placidè gelido requiescunt ossa sepulchro,
 Mens capit in Christi gaudia vera sinu.

V.

DOMINI HIERONYMI
 Wittendorph, qui obiit anno
 1556.

Consul.

Consul.

Consul eram patriæ constans Hieronymus vrbis
 U Vitzendorph columen ciuibus atq; salus.
 Qui patrias leges fidus, qui iura tuebar,
 Maiores nobis quæ peperere Patres.
 Ut teneris pastor, qui munit ouilibus agnos,
 Ne rapidis fiant præda cruenta lupis:
 Sic ego muniui vallis & mœnibus Urbem,
 Ne fierent hosti mœnia præda truci.
 Insomnes duxi noctes quoq; saepe breuesq;
 Ciuibus acquirens commoda tuta meis.
 Principe non dignum est noctem dormire per omnē,
 Publica qui curat, qui populosq; regit.
 Mœnia lustravi, veluti Dux castra fidelis,
 Inspectans portas, claustra, serasq; graues.
 Dogmata dilexi ex animo, Christi q; ministros,
 Pauperibus columen, spesq; salusq; fui.
 Defunctus posui placidè hic mea membra quieti,
 Dum veniet Iudex Christus ab arce poli.

V L
DN. FRANCISCI A DASS-
 set, qui obiit anno 1565. 7. Mart.
 hora noctis 2.

Hic iacet à Dassel Consul Franciscus in vrna,
 Qui patriæ gentis spesq; decusq; fuit.
 Patre

Patre satus nulli quondam pietate secundo,
 Consule: consilijs clarus vterq; fuit.
 Annos consilijs bis senos iuuat & auxit
 Consul qui patriam consilijsq; suam.
 Summa viri pietas, virtus, sapientia summa,
 Eloquio Pylius consilijsq; senex.
 Notitia legum celebris veterumq; fidelis
 Iustorum assertor, quæ peperere patres.
 Doctorum fautor, doctrina cultus & ipse,
 Doctus Mecænas Pieridumq; choris.

VII.

DN. FRANCISCI VII.
 Uitzendorph, qui obiit anno 1574
 25. Ianuarij, ætatis
 anno 54.

Hic iacet excellens Consul Franciscus in vrna
 Uitzendorphus, patriæ gloria magna suæ.
 Inter erat Patres nulli virtute secundus,
 Eloquio præstans, consilijsq; potens.
 Cuius opem Phæbes Respublica sæpe fidelem
 Experta est varijs inclyta, pressa malis.
 Consilijs cladem patriæ sapientibus vrbe
 Amouit crebrò perniciemq; grauem.
 Eximia charus propter virtutis amorem
 Principibus multis, nobilebusq; viris.

Ergo

Ergò defunctum flerunt Ciuesq̃ Patresq̃,
 Et fleuit Phœbus Pieridumq̃ chorus.
 Decidit (est mirum) morienti consule tanto,
 Sacra Lamberti desuper æde globus.
 Quid dubitas casu signari consulis illo
 Mortem, Phœbeæ qui caput vrbis erat?
 Exuvie iuxta requiescunt coniugis ossa,
 Gaudia sed cœli mens vtriusq̃ capit.
 Carlopia coniunx sata erat de gente vetusta,
 Altera quæ gentis spesq̃ decusq̃ fuit.
 Sunt duo præstantes Gnati virtute relicti,
 Quos Pylios serua, Christe benigne, dies.
 Ad Dominum moriens, hæc fecit vota precesq̃,
 Consul ingeminans pectore & ore pius:
 In tua me trado totum pie numina Christe,
 Tu mihi sis vita, tu mihi morte salus.
 Hæc vbi dixisset placidè sua lumina claudens
 In Christo letus cœlica regna petit.
 O facilem sortem, tranquillum mortis honorem.
 Inter obit si quis vota, precesq̃ pius.

VIII.

DN. GEORGII LAFFE R.
 des, qui obiit anno 1576. 13. Septemb.
 ætatis 70. creatus in Consulem
 Anno 1561.

Con-

Condita Lasserus præstans hac Consul in vrna
 Ossa fouet vitæ restituenda nouæ.
Astrigero Christus quando descendet olympo,
 Vt cæli reddat præmia læra bonis.
Erunopoli clara generatus stirpe parentum,
 Virtute euasit clarior ipse sua.
Ergo suam Consul celebratus in vrbe Ludolphus
 A Dassel gnatam iunxit amore tori.
Ilius & motus sapiens virtute Senatus
 In Patrum legit, consilijsq; chorum.
Ordine quo claro iuuat sapientibus urbem,
 Consilijs multum præsidioq; patres.
Consulis hinc clari meritis est auctus honore,
 Quem gessit summa laude fideq; diu.
Sustulit è chara senos sibi coniuge natos,
 Et Gnatam patrium fœmineumq; decus.
Quæ tibi præstanti, Leonarde Eluere, pudica
 Connubij dulci fœdere iuncta fuit.
Nunc patre cum charo gaudens sine fine beata
 Conspectu fruitur colloquioq; D E I.
Ducta fuit præstans Koppen de gente, secunda
 Coniugis & chari spesq; decusq; patris.
Sed D E V S hanc etiam prauo subduxit ab orbe
 Nuper ad ætherei gaudia vera poli.
Terreo in hoc placidè requiescunt ossa sepulchro,
 Pars melior cælum mens vtriusq; colit.
Te verò præstans, Pyllos Leonarde, per annos,
 Cum Fratrem & Gnatis seruet ametq; D E V S.
 S E N A.

SENATORVM
XII.

I.

D. LVCÆ MOLLERI,
qui obiit anno 1541.

Senator.

Ille ego, qui quondam Lucas hac vrbe Senator
Mollerus vixi, fama decusq; patrum:
Hoc mea deposui gelido nunc ossa sepulchro,
Spiritus in caelo gaudia leta capit.
Sum patrios natus Claros ego Senonas inter,
Qui vetus est populus, Marchia clara, tuus.
Est genus antiquum celebri de stemmate nostrum,
Eximij gestis quod peperere patres.
Quorum ego virtutes, nomen, laudesq; secutus
Hac gessi clarum quæ decuere virum.
Ergo fui Regum magnorum charus in aulis,
Eloquio excellens consilioq; bonus.

II.

D. CASPARIS CRO-
ger Junioris, qui obiit anno 1546.

Senator.

1541

Omnia

OMnia sunt hominum tenui pendentia filo,
 Est hominum fumus bullaq; vita, leuis.
 Sic ego nunc Caspar fidus, celebrisq; Senator
 Crogerus iaceo hic puluis & umbra leuis.
 Fama mihi semper virtutis clara manebit,
 Qui patriam iuui praesidioq; Scholam.
 Lites dissolui ciues interq; propinquos,
 Discordes iunxi dexteritate viros.
 Vixi ego, quaeq; dedit vitæ mihi stamina Parca,
 Absolui: hoc recubant molliter ossa solo.
 Spiritus in cælo fruitur, sine fine. beatus
 In Christo vita lætitiâq; noua.

III.

DN. LUDOLPHI SEM-
melbecher, qui obiit anno 1559.

Hic iacet eximia præstans virtute Ludolphus
 Semlbechius, patriæ gloria magna suæ.
 Annales meminit varios hic vrbis & orbis
 Res meminit veteres, res meminitq; nouas,
 Antiquæ cultor fidei & virtutis amator,
 Quales nunc paucos est reperire viros.
 Consilijs ciues rectis, sanctumq; Senatum
 Adiuuit celebri dexteritate senex.
 Ergo fides pietasq; viri remanebit in vrbe,
 Donec erit tellus, æquora donec erunt.

Domine

DN. M. NICOLAI CAR.
sten, qui obiit anno 1560.

CARSTIUS hic posuit Nicolaus membra Magi-
Eximia rerum cognitione potens. (ster.
Grammatici officio functus, post ille Senator
Est lectus meritis clarus in vrbe suis.
Doctrina excellens, pietas virtusq; celebris,
Huius erat prestans ingeniumq; viri.
Vir fuit humanis sancta grauitate verendus,
Alloquio facilis, consilijsq; bonus.
Leuiter ex viuis mortis decessit in hora,
Nunc Christi in gremio gaudia leta capit.

DN. ALBERTI ELVE.
ri, Domini Leonardi Elueri senatoris &
nunc praefecti Salinarij, patris, qui
obiit anno 1563. 6. Ian.

HIC iacet Albertus celebratus in vrbe Senator
Eluerus, patriae spesq; decusq; suae.
Hic recubant gelido defuncti membra sepulchro,
Pars melior caeli gaudia vera capit.
Cuius te proles quoq; nunc, Leonarde Senator,
Cum fratre es gentis spesq; decusq; tuae.

VI.

DN. GEORGII SCHOMACHER,
 qui obiit anno 1567.
 22. Iulij.

Quotidie eximia claros virtute fideq;
 Hei rapiunt multos fata maligna viros.
 Sic quoq; consilijs nuper te clare Georgi
 Schomacher viuis mors truculenta rapit.
 Vir fuit hic celebrer sapienti mente Senator,
 Corpore cui toto fulsit & ore decus.
 Exuuiæ hic recubant, supero mens gaudet olympo,
 In terris nomen fama decusq; manet.

VII.

DN. NICOLAI STUVER,
 qui obiit anno 1567.

Nicolei hic placidè requiescunt ossa sepulchro
 Stueri in patrio contumulata solo.
 Vir fuit, antiqua virtute fideq; colendus.
 Quales nunc paucos prauus hic orbis habet.
 Cætibus in primis gaudebat letus honestis,
 Doctorum fautor Pieridumq; chori.
 Munere largus opum diuino, largus egenis
 Contulit in Christo munera larga, pijs.

Omnia

Omnibus ergo fuit charus, fuit atq; colendus,
 Et flerunt omnes vltima fata viri.
 Condidit exuias hoc coniunx chara sepulchro,
 Cessit ad æthereas mens pia læta domos.

VIII.

DOMINI STATII BOR

choldt, qui obiit anno 1569.

25. Ianuar.

Vltimus è patrum seniorum est ordine Phæbes
 Urbis in hac gelida contumulatus humo,
 Staturus antiqua virtute verendus & annis
 Borcholdus prudens consilijsq; potens.
 Institui sobolem teneris curavit ab annis
 Artibus ingenuis & pietate suam.
 Illius hinc claros soboles est omnis honores
 Et patrio æternum nomen adeptus solo.
 Urbibus eximij quini celebrantur & aulis
 Doctrina insignes & pietate viri.
 Inclute Franciscus Musselini Clarus I V L I
 Princeps est aule gloria magna tuæ.
 Principis, Hinricus Borcholdus doctus, ab Holle
 Aulam consilijs eloquioq; regit.
 Tu patria Consul celebraris in vrbe Georgi,
 Doctorum columen, Pieridumq; chori.

Tuq₃ Schola Doct̄or Iannes celebratus I V L I,
 Eloquio clarus iura sacra doces.
 Mœnibus Hildesie præstans celebraris Iaspar,
 Principibus charus nobilibusq₃ viris.
 Staturus hos præter celebratur rebus adauctus,
 Cum fratre Alberto, coniugibusq₃ pijs.
 Artibus Aonijs quoq₃ nunc cum laude nepotes
 Dant operam multi, spesq₃ decusq₃ parum.
 Uxor erat celebris veræ pietatis amore,
 Pauperibus columen spesq₃ salusq₃ pijs.
 Ex veteri Molen celebrato stemmate nata
 Brunopoli genitus Staturus vrbe fuit.
 Exuuiæ hic placida compositæ pace quiescunt,
 Æthereo fruitur mens vtriusq₃ polo.

I X.

DN. THEODORICI DO-
 ring, qui obiit anno 1570.
 16. Maij.

Mors rapit atra viros nullo discrimine primū,
 In vita quorum maximus vsus erat.
 Sic patria nuper Theodorus raptus ab vrbe est
 Doringus, patriæ commoda multa tulit.
 Coniuge qui clara V Vitzendorpff stirpe domoq₃
 Prognata, genuit pignora chara D E O.

Alter a

*Altera post huic ducta manet sine prole relicta
 Stotrogia, veteri stirpe domoq₃ sata.
 Hic placidè in patrio recubant nunc ossa sepulchro,
 Spiritus ante D E V M gaudia vera capit.*

X.

DN. FRANCISCI DV.
*sterhop, qui obiit anno 1576.
 10. Septembr.*

Hic sua Franciscus senior fouet ossa Senator
 Dusterhop, gentis gloria clara suæ.
 Hic veteri natus clarorum stirpe parentum,
 Inclyta Stadhage quo celebrare solo.
 Vir fuit, antiqua virtute colendus & annis,
 Quales non multos tempora nostra ferunt.
 In gelido hinc placidè requiescunt ossa sepulchro,
 Mens capit æthereo gaudia vera polo.

XI.

DN. LVDOLPHI A DASS:
*sel iunioris, qui obiit anno 1576.
 17. Martij.*

Hic cubat à Dassel celebratus in vrbe Senator,
 Phœbea veteri stirpe domoq₃ satus.

G 3

Cuius

Cuius erat virtus celebris, sapientia, candor,
 Atq; animi pietas ingenijq; vigor.
 Doctrina excellens sanctaq; modestia vitæ
 In toto fulsit pectore & ore decus.
 Eximia atq; fuit dulci mens plena fauore,
 Aonios erga Pieriosq; viros.
 Suauiter in patrio requiescunt ossa sacello,
 Gaudet in ætherei Spiritus arce poli.
 In propria donec rediuiuus carne resurget,
 Concinet extremum cum tuba clara diem.

XII.

DN. NICOLAI A ZER-
 sted, qui obiit Anno 1577.
 28. Decemb.

Hic sua Nicoleos Zersted fouet ossa sepulchro,
 Ingens Phœbeæ gentis & vrbis honos.
 Vir fuit humanus, facilis, cunctisq; benignus:
 Virtute antiqua vir fuit ille fide.
 Conuictu gaudens hilari vitaq; quietæ,
 Curarum fugitans, tristitiæq; grauis.
 Historijs mentes vir delectare vetustis,
 Tristitiam & mæstis pelleret doctus erat.
 Molliter hic recubant defuncti membra sepulchro,
 Gaudia mens cælo non peritura capit.

STirps

STIRPS ZERSTEDI-
ANA, ERECTA IN COE-
MITERIO TEMPLI D. IOHAN-
nis, meridiem versus, in saxo polito
& conspicuo.

Ad Lectorem.

Optas Zerstediam stirpem si noscere auitam,
Hos elegos, Lector, perlege, docte breues.

I.

ATAVVS BRANDA-
NVS.

Attaus est stirpis Zersted Brandanus auitæ,
Sedula cui coniunx Drudis ab Hagen erat.
Obijt anno 1401.

II.

ABAVVS GODFRIDVS
Zersted.

Hunc Abauus sequitur Godfridus clarus in vr-
vobbeqa cui coniunx consociata fuit. (he,
Obijt anno 1436.

G 1

PRO-

III.

III.

PROAVVS BRANDA-
nus Zerstedt.

Alter erat proauus Brandanus, iuris hic almi
Saxonici libros ordine restituit.

Cuius erat præstans Gröninges Richlia coniunx,
Zerstedie veteris clara propago domus.

IIII.

AVVS LVDOLPHVS
Zerstedt.

Hic auus exortus veteri de stirpe Ludolphus,
Garlopia huic coniunx Giblica iuncta fuit.

Obijt anno 1503.

V.

BRANDANVS NICO-
lai pater.

Tertius hinc patria est Brädang in vrbe Senator
VVulschiadum coniunx cui Dorothea fuit.

Obijt anno 1558.

VI.

DN. NICOLAVS ZER-
stedt.

Nicolaus

Nicolaus sextus nuper concessit ad astra,
 Barbara cui coniunx Musselitina fuit
 Stirps habuit Proavos alios Abavosq³, celebres,
 Doctrina claros & pietate viros.
 Qui sibi consimiles gaudent vos esse nepotes,
 Estis qui patriæ spesq³, decusq³, domus.
 Quos inter Stati doctrinæ excellis honore,
 Nestorium cuius manat ab ore decus.

PATRITIONVM

SEX.

I.

HINRICI GARLOP DN.

Hinrici Garlop Consulis Filij, qui obiit an-
 no 1558. 18. Septemb. Item, Io-
 hannis fratris illius, qui
 obiit anno 1548.

Patricius.

Hic iaceo Hinricus nostræ spes vltima gentis
 Garlopius, celebris nomine reg³, sui.
 Gens meas clara fuit (nomen laudesq³, manebunt)
 In patriam meritis & pietate Patrum.
 Molliter hic posui patrio mea membra sacello,
 Lætus agit supera Spiritus arce meus.

G S

Altera

Altera Iohannes spes gentis clara vetustæ
 Hæc etiam est frater contumelatus humo.
 Parvulus Henrici Cnatus spes tertia gentis,
 Sic subito perijt cæliea tecta puer.
 Anno 1555 hora 6. post Domin. Cantate.

II.

HARDEVICI STOTE R
 roggij Dn. Nicolai Consulis Filij,
 qui obiit anno 1558. 23.
 Septemb.

HAc iacet Harduicus Stotroggus conditus urna,
 Hei subito gentis spesq; deusq; sue.
 Magna erat ingenij bonitas, ditissima rerum
 Cognitio iuuenis, Palladeumq; decus.
 Ingenuas artes (est quorum maximus usus).
 Et leges nouit cum pietate, sacras.
 Exuuiæ hic recubat placide, mens gaudet in astris
 Cælestes inter angelicosq; choros.

III.

GEORGII A DASSEL,
 Dn. Ludolphi Consulis filij, qui obiit
 anno 1569. 3. Iulij.

Vita

Vita quid est hominū? labor est & vana cupido,
 Est brevis, est periens, nil nisi bulla leuis.
 Dasselidum gentis quoq; tu sic clare Georgi
 Hei subito à patria cœlica regna petis.
 Spes fuit hic patriæ, Sobolis fuit, atq; tenella
 Coniugis, & gentis spesq; decusq; fuit.
 Dogmata dilexit cum primis cœlica Christi,
 Pauperibus largus commoda multa tulit.
 Hic igitur placidè requiescunt ossa sepulcro,
 Mens capit Abrahæ gaudia vera sinu.

IIII.

HARDVICI VVITZEN-

dorpsff, Dn. Hieronymi Consulis, fi-
 lij, qui obiit anno 1566.

4. Iunii.

Tristior Arctois Phæbe lucebat in oris,
 Et Phæbus nuper tristior ipse fuit.
 Miratur tristem Phæbes phæbiq; ruborem
 Cepheus, cui Phæbes talia dicta dedit:
 Occidit hei celebri Phæbea Harduicus in vrbe
 Vvitzenдорpsff, veteris gloria magna domus.
 Illius est cura Schalsedia structa fideli,
 Et cura fratris Consulis eximij.
 Alueus hic multis cataractis mittit ad vrbes
 Lignorum magnam vimq; struesq; focis.

Exuvie

85.

*Exuuiæ hîc recubant Harduici molliter vrna,
Spiritus in Christo cœlica tecta colit.*

V.

HARDVICI SCHOMA
*cheri iunioris, qui obiit anno 1575.
15. Martij.*

Harduicus iacet hîc Schomacher gente vetusta,
Corpore qui paruus, nomine magnus erat.
Martis opus iuuenis nouit tractare cruenti,
Nouit & igniuomos eiacularare globos.
Quod si ergo patriæ (procul omen vertito Christe)
Mœnia pressisset vis truculenta bonæ,
Hic iuuenis poterat multis inuisse periclis
In duris patriam, bellica ab arte, suam.
Exuuiæ hîc placidè requiescunt, gaudet in astris
Pars melior cernens nunc, sine fine, D E V M.

VI.

D. IOHANNIS A DASS
*sel, Dn. Ludolphi filij, qui obiit an-
no 1578. 21. Martij,
ætatis 52.*

Consulis à Dassel quintus de prole Ludolphi,
Hic sua Iohannes ossa repostâ fouet.

Vir

Vir fuit humanus, prudens, affabilis omni,
 Qualibus est multis hæc celebrata domus.
 Dignus erat Pylios ergò vir viuere in annos,
 Auxilium prolis, coniugis atq; suæ.
 Exuuiæ hic recubant, supero mens gaudet olympos,
 Quo quoq; nos clemens ducito, Christe, precor.

VII.

EXIMIÆ INDOLIS MA-
 gnæq; spei adolescentis, Ludolphi à Dassel,
 Dn. Ludolphi Consulis filij, qui morte im-
 matura in vera Dei cognitione & in-
 uocatione, Salseldiæ obiit an-
 no 1579. 3. Aprilis,
 ætatis 20.

TRistia nunc tua fata mihi deslenda Ludolphe,
 Gloria Dasselidum spesq; decusq; domus.
 Dilecto hoc gnato stetit omnis cura parentis,
 Et stetit hoc patriæ gloria magna domus.
 Cuius erat præstans iuuenili in pectore virtus,
 Eximium & toto fulsit ab ore decus.
 Artibus Aonijs cultus fuit atq; sacrati
 Notitia iuris, noticiaq; DEI.
 Ergo fuit dignus Pylios hic viuere in annos,
 Atq; diu patriæ dignus honore frui.

Inuida

*Inuīda sed primum rapiunt heu fata repente,
 In vita quorum maximus vsus erat.
 Sic procul à patria quoq; te rapuere Ludolphe,
 Dum studijs rectis inuigilasq; bonis.
 Inclytate vrbs Phæbes genuit, Salfeldia seruat
 Exuuias, melior pars colit astra poli.
 Exuuijs donec tua mens sociabitur olim,
 Iudex cum veniet Christus ab arce patris.
 Hac sua spe mæsti solentur damna parentes,
 Pignora sunt quorum morte perempta graui.*

IOHANNIS TOBING, D.

*Leonhardi quondam Consulis, fi-
 lij, qui obiit anno 1579.
 10. Decemb.*

*Q*uotidie innumeri passim tolluntur ab orbe
 . Virtute insignes, & pietate viri.
 Tolluntur, quorum, viuos si fata tulissent,
 Rebus in humanis maximus vsus erat.
 Sic quoq; Iohannes Tobinga gloria gentis
 Lucida discessit nuper ad astra poli.
 Vir fuit eximia celebris virtute fideq;
 Phæbea cunctis clarus in vrbe bonis.
 Notitia rerum multarum clarus & vsu,
 Discordes animos conciliare bonus.

Quoq;

Quoq; salus vera & solo, quo vita paratur,
 Dogmatis hic Christi summus amator erat.
 Illius hic ergo placide nunc ossa quiescunt:
 Pars melior cæli culmina celsa colit.
 Hac, tua, spe fratris dilecti in funere Consul,
 Damna leua, cælum quod modo frater habet.
 Transijt ad veræ, per mortem, gaudia vitæ,
 Mortuus in Domino non dubitante fide.
 A patre stelligera doctor ceu missus ab arce,
 Veridico Gnatus protulit ore DEI.

Iohan. 5.

*Amen, amen dico vobis, qui sermo-
 nem meum audit & credit ei, qui misit me,
 habet vitam æternam. & in condemnatio-
 nem non veniet, sed transiit à morte in
 vitam.*

EPITAPHIA VIRO-
 RVM QVATVOR, QVO-
 RVM OFFICIO ET OPERA FI-
 deli inclytus Senatus Luneb.
 diu vsus est.

I.

D. IOHANNIS CVLEMAN-
 ni, qui obiit anno 1565. 22. Nouemb.

HAC

Hac sua Iohannes Culemannus seruat in vrna
 Ossa, colit cœli Spiritus ipse domos.
 Hic Latij cultus linquens & dogmata Papæ
 Amplexus veram est, cum pietate, fidem.
 Illius officio, multis, operaq; Senatus
 Est vsus, multis, patritijq; viri.
 Sedulus audiuit diuini oracula verbi,
 Illius hoc solum pro ra salutis erat.
 Ergo DEVM sensit præsentem mortis in hora,
 Expiransq; adijt culmina celsa poli.

II.

DN. CVNRADI DITH-
 mari Secretarij Senatus, qui obiit
 anno 1571. 19. Febru.

Hic recubat gelida Cunradus Dithmar in vrna,
 Pars melior cœli Spiritus astra colit.
 Primum qui docuit teneram, cum laude, iuuentam
 Carmina Phœbea concinuisse Schola.
 Inclytus & sapiens hac motus laude Senatus,
 Consilij taciti iura tenenda dedit.
 Munere quo functus non paruo tempore, tandem
 In Domino placidè calica regna petit.

DOMI-

DN. CVNRADI RVDE.
 nij Senioris, qui obiit anno 1578.
 5. Septemb.

Hic sua Cunradus posuit Rudenus in vrna,
 Virtute excellens & pietate senex.
 Qui celebri natus Brunonum Alfeldia in vrbe
 Erphurdî primum docta Lycea petit.
 Hinc abiens Phœbes vrbis petit ardua tecta,
 Hicq; docet magna dexteritate Scholam.
 Ingenij hinc adiit cultus maioris amore
 Ductus, Leucoreæ clara Lycea Scholæ.
 Phæbeos secum deducens gentis auitæ
 Quos formet pueros, quos doceatq; duos.
 Illos hinc varias fidus deducit ad oras,
 Et facit in multis multa videre locis.
 Ad patriæ tandem iuuenes celebrata reducit
 Mœnia, dilecti gaudia magna patris.
 Præfectum tandem facit hunc, cum laude Senatûs,
 Pauperibus, multos quos alit ille pius.
 Munere quo, celebri multis vir præstitit annis
 Sedulus eximiam, cum pietate, fidem.
 Confectus tandem curis, confectus & annis,
 Octo ubi bis numerat lustra peracta senex
 In Domino moritur placide, hic sua condidit ossa,
 Spiritus in Christo gaudia vera capit.

H

Dn. Cu

DN. CHRISTIANI CV.

steri Medici, qui obiit anno 1572.

2. Decemb.

Nomine qui Christum retulit Custerus in vrna
Hac recubat doctus vir pius atq; bonus.

Ualsradiaë genitus, Phæbes hic in vrbe iuentã
Aoniÿ erudit bis duo lustra Scholæ.

Annis post multis Podalyrius arte medelam

Diuitibus gratam pauperibusq; tulit

Pauperibus gratis, iusta mercede opulentis,

Non lucrum spectans, sed malè habentis opem.

Quartanæ tandem diuturnæ exhaustus ab aestu,

In vera moritur cognitione DEI.

Hic pars è terra fuerat quæ sumpta quiescit,

Pars melior cœli gaudia vera capit.

VALENTINI BECCERI

Ciuis Luneb: honesti & piÿ, autoris

Conterranei, qui obiit anno

1578. 10. Martij.

Os sa Valentinus fouet hac Beccerus in vrna,

Qui celebr Phæbes ciuis in vrbe fuit.

Natus hic Hassiaca celebri Grebsenia in vrbe,

Inter vbi montes paruula UACA iaces.

Phæbes

Phœbeam studio mercandi venit in urbem,
 Hac operamq; locat seruitiumq; diu.
 Seruitio tacitus, fidus, patiensq; laboris,
 Promptus & in cunctis officiosus erat.
 A Domino tandem mercatum missus in orbem,
 Ad varias mercans itq; reditq; plagas:
 Noruegiam & Sueciam, glaciale Islandiam, &
 Diatas, orbis quas Borealis habet. (oras
 Post aliquot tandem mercatu opulentus aristas,
 Ad patrios redijt, te duce Christe, focos.
 Inter erat carus ciues, moderatus & æquus,
 Et patribus carus patritijsq; viris.
 Res proprias egit, nulli nocuisse studebat,
 Consensus placidi, pacis & autor erat.
 Saluifici inprimis dilexit dogmata Christi,
 Edidit & fidei plurima signa suæ.
 Hic sibi connubio viduam sociavit honestam,
 Pignora quæ genuit bis duo cara viro:
 Melchior in vuis quorum est fraterq; sororum
 Aonidum, Hinricus, fama decusq; chori.
 Ergo fuit Pylios dignus superesse per annos,
 Qui patriæ, & Phæbes qui decus urbis erat.
 Inuida sed soluunt primum illis stamina Parca,
 In mundo quorum maximus vsus erat.
 Sic quoq; Beteri celebrati stamina soluit
 Inuida quæ nulli parcere Parca solet.
 Hos elegos autor tristes condebat amico,
 Cui dulci à teneris iunctus amore fuit.

*Dulcior aeterna sed erit coniunctio vita,
Cernemus laeti cum sine fine D E V M.*

V V I L H E L M I A

Bauentien, qui obiit anno 1559.

6. Martij.

Talis erat quondam ciuis Gulielmus in vrbe,
A Baueten patria qui sibi nomen habet.
Aonidum hic artes caepit coluisse sororum,
Nobiscum & didicit prima elementa puer.
Linquere quas certa iussus ratione parentis
Consilij, Phœbes mœnia celsa petit.
Mercibus hic celebres sibi opes quaesuit honestis,
Contulit vnde pius commoda multa pijs.
Cœlica dilexit diuini dogmata verbi,
Eximius cultor Pieridumq; pius.
Exuuia in Domino recubant, mens viuit in aëtris
Inter cœlestes angelicosq; choros.
Huius erat gnatus præstans Gulielmus, in annis
Quem teneris rapuit mors properata suis.
Indolis eximiae puer & virtutis auitæ,
Mascula spes caræ tertia matris erat.

Obijt anno 1566. peste.

D E

DE IMMATVRA MOR

te Andreae Pistorij Luneb: Theologiae stu-
diosi, qui obiit Magd. post obsidionem
solutam VViteberg. eò profe-
ctus, anno 1551.

PHæbeæ Andreas Pistorius vrbis alumnus,
Spes patriæ, & generis spesq; decusq; sui
Artibus Aonijs hic vbi fundamina iecit,
Leucoreæ petijt docta Lycea Scholæ.
Est vbi cum doctis celebri versatus honore,
Doctrina clarus, clarus & ingenio.
Vrbs vbi Parthenopes longa obsidione soluta
Mauriciq; tua est libera facta manu.
Hic quoq; cum multis visurus castra relicta
Fætida castrorum non loca tutus adit.
Lætifero hic fauces iuueni inficiuntur odore,
Branellæ morbus qui sibi nomen habet.
Quattuor hoc soles morbo excruciatu acerbo
Heu procul à patrijs exul egensq; focis:
Ad Dominum faciens tandem pia vota precesq;
In vera moritur cognitione DEI.
Hunc si viuentem crudelia fata tulissent,
Gloria nunc patriæ magna, decusq; foret.
Aonis hos elegos condebat tristis alumno,
Fatales iuuenem cum rapuere Deæ.

DE EVALDI MORTE

Rentorphij & Iohannis Brugemanni Lunæ
 Medicinæ candidatorum, quorum ille
 Neapoli, hic Paduæ obiit
 anno 1573.

Innumeros passim iuuenesq₃, senesq₃, per orbem
 Quotidie subito mors truculenta rapit.
 Sic procul Ausonijs Phæbæos nuper in oris
 Præstantes iuuenes fata tulere duos.
 Eualdum Rentorph doctum, Brugemanq₃, Iohannē,
 Dignos Nelidæ vivere secla senis.
 In patria hi postquam didicere fideliter artis
 Grammaticæ & verbi prima elementa DEI,
 Leucoream, ingenij cultus maioris amore,
 Atq₃ alias celebres post rediere Scholas.
 Ausoniam hinc studio petiere Machaonis artem
 Noscendi, & doctos hac regione viros.
 Annos his multos iuuenes versantur in oris,
 Spe patriæ magna spes generisq₃ sui.
 Vrbes viderunt Latias, Venetamq₃ celebrem,
 Et te, Roma, olim quæ caput orbis eras.
 Esset ubi ornandus titulo Doctoris vterq₃,
 Tanta illis Medicæ cognitio artis erat,
 Inuida mors, subita est adeò mutatio rerum,
 Heu iuuenem tristi funere vtrunq₂ rapit.

Exuuio

*Exuviae Latia tennes tellure quiescunt,
 Pars melior caeli culmina celsa colit.
 Sic rerum natura iubet, sic temporis ordo
 Exigit, ut cesset quicquid hic orbis habet.
 Est mors certa homini, modus est incertus & hora,
 Incertusq; locus, quo moriturus erit.
 Parcite vos ergo matres, vos parcite amici,
 Nostri obitus causa sollicitare nimis.
 Nil profunt lachrymae, non possunt fata moveri,
 Viximus: hic omnes exitus vnus habet.
 Sic fuit in fatis, fuit haec diuina voluntas,
 Nos procul à patrijs oppetisse focis.
 Est Deus hic praesens etiam, patet vndiq; caelum,
 Inq; locis cunctis est via ad astra p'ys.
 Talia quis dubitat dicturos verba fuisse,
 Consueta, iuuenes, pro pietate, suis.
 Illos si flentes vidissent mortis in hora,
 In patria quòd sit non obuisse datum?*

DOCTORES, LICEN-
TIATI ET MAGISTRI
CIVITATIS ET SCHOLÆ LV-
*neb: ab anno 30. vsq; ad annum 80, ciues &
 alumni, partim iam defuncti,
 partim adhuc viuentes.*

DEFUNCTI VIII.

H 4

C A

Casparus Pistorius, Medicina Doctör,
qui obiit Hamburgi, peste extinctus, anno
1566. 2. Iunij.

Ioachimus Gribwaldus I. V. Licentia-
tus, qui obiit Rostochij, crudeliter & perfide
à proprio famulo ex improviso traiectus,
Anno 1559. 22. Ianuarij.

M. Iohannes Ekenbergius, Superint.
qui obiit anno 1568. 9. Aprilis, etatis 39.

Dionysius Bredecauu, Ecclesie ad S. Io-
han. Pastor, M. qui obiit anno 64. etatis 32.

M. Hieronymus Herberding, ad S.
Nicolaum Pastor, qui obiit anno 1578.

Hinricus Elebechius, Scholæ ad S. Mi-
chaelem Corrector, qui obiit anno 1561.

Cyriacus Simonis, Theologie Doctör,
Ecclesie Hamburg: Superinten. qui obiit
anno 1576.

VIVI XIII.

Franciscus Musseltin, I. V. Licent: &
Dn. IV LII Ducis Brunf: & Luneb: Can-
cellarius.

Hin.

Hinricus Borcholdus I. V. Doct̃or, Dn.
Eberhardi ab Holle, Principis & Episco-
pi Cancellarius, & Ecclesie Luneb: ad S.
Iohan. Prepositus.

Iohannes Borcholdus I. V. Doct̃or, & in
Academia Iuliana Helmstedt, Professor.

Lucas Backmeisterus Theologiae Doct̃or,
& in Rostochiana Academia professor.

Baltazar Pistorius I. V. Doct̃or Ham-
burge.

Harduicus Koltemannus, I. V. Doct̃or
Magdeburgi.

Casparus Borcholdus I. V. Licentiatus
Hildesie.

Hinricus Hermes I. V. Licentiatus Lu-
neburgi.

M. Hieronymus Henningi, Ecclesie ad
S. Iohan. Pastor.

M. Georgius Starck, ad S. Lambert, ver-
bi Dei minister.

Hinricus Smedensted, Rhetorice in A-
cadem. Iuliana professor.

M. Cyriacus Edingus Canoniorum
Magdeb: Secreta:

H s

M. Da-

*M. Daniel Vslerus Neostadia in Sa-
xon: Superin: Physicus.*

*M. Iohannes Lossius, in Schola Ham-
burg: iuventutem docens & formans M.*

A.

HI tua Tulichi, tua Batheliq³ fuerunt,
Nostraq³ Phœbea, fama decusq³ Schola.
Urbs tulit hos præter multos Thæbea celebres,
Doctrina eximos & pietate viros.
Hætu Gnate D E I viris des viuere in annos
Nestoris, ad laudem nominis oro tui.
Defuncti radient clari, ceu lumina celi,
Promissa vt doctis pagina sacra dedit.

Danielis 12.

*Multi de his, qui dormiunt in terra
pulvere euigilabunt: alij in vitam eternam,
alij in opprobrium, vt videant semper. Qui
autem docti fuerint, fulgebunt, quasi
splendor firmamenti & qui ad iustitiam
erudiunt multos, quasi stella in perpetuas
eternitates.*

EPL

EPITAPHIUM,
 GENEROSI ADOLESC:

Christophori ab Alefeld, Holsati, Dn. Borchardi filij, qui obiit Luneburga, anno 1572.

15. Septemb. aetatis 17. sepultus honorificè in templo D. Iohannis è regione suggesti.

CHRISTOPHORI hoc Alefeld cineres & ossa quies-
 In Christo placidè post rediuiua, solo. (cunt

Cymbrica nobilibus quem Chersonesus auitis,

Ediderat patrj spemq; decusq; soli.

Et decus & virtus iuuenili in pectore fulsit

Nobilibus præstans qualis inesse solet.

Venit hic Aonidum succensus amore sororum

Ad Phœbes quondam docta Lycea Scholæ.

Quem fratres studio sunt tres feruente secuti

Artes discendi cum pietate bonas.

Ast rapitur medijs iuuenis florentibus annis

Christophorus, summo sic statuente D E O.

Cuius iam fruitur conspectu lætus, ouatq;

Inter cælestes angelicosq; choros.

Edidit hanc vocem postremam mortis in hora,

Ardentis testis quæ pietatis er. t.

Hanc animã manibus tu suscipe Christe benignis

Spes mea viuentis, spes morientis eris.

Hæc

Hæc ubi dicta dedit placidè pia lumina clausit,
 Non mors, sed dulcis mors fuit illa sopor.
 Mortis tam placidè testes sunt, qui prope stantes
 Fudère ad Dominum pro moriente preces.
 Hanc animam iuuenis morientis suscipe Christe,
 Inq̄ tuæ traduc lucida tectâ domus:
 Qui tua saluifica dilexit dogmata verbi,
 Atq̄ fuit Phœbes fama decusq̄ Scholæ.
 Exuuiæ hîc recubant, melior pars gaudet in astris,
 In terra celebris fama decusq̄ manet.
 Consequitur fratrem subitò Benedictus ad astra,
 Ut nihil hæc firmum vita caduca tenet.
 Ultima Iohannes cum fratre es doctè superstes
 Spes patriæ, & vestræ spesq̄ decusq̄ domus.
 In patria frater modò viuit vterq̄ suprema,
 In Christi capiens gaudia vera sinu:
 Donec in extrema cuncti sociabimur hora
 Visuri summum tunc, sine fine, D E V M.
 Interea Pylios seruet vos Christus in annos,
 Et functis donet cœlica regna D E V S.

A V T O R A D L V N E
 B V R G V M.

I N clyta Cygnaeo, Phœbes vrbs nostra canebat
 Carmine sic manes, parua Thalia, tuas.
 Sunt, fateor, plures multo virtute celebres
 In te, quos merita laude Thalia vebat.

Sed

Sed nimis hoc longum fuerat celebrari omnes
 Claros, quos toties mittis ad astra, viros.
 Sit satis è multis paucos retulisse Thalam
 Virtute eximios & pietate viros.
 Musa alijs optat pacem placidamq; quietem,
 Optat & in regno gaudia vera DEI:
 Donec in extrema leti sociabimur hora,
 Carmina dicturi tunc, sine fine, DEO.
 Florentem interea praesens te Christus ab alto
 Nominis ad laudem seruet ametq; sui.
 Sic tibi sit Musae celebrandi grata voluntas,
 Eximia claros tot pietate viros.
 Ultima, & Auctori placidam, post fata, quietem
 Exopta, & celsi gaudia vera poli.

DE POENIS DAMNATA-
torum. & Beatorum praemys aternis, Ex
querela Amandi adscripta Tabella in Tem-
plo D. Iohannis, affixa muro Se-
ptentrionem versus.

Anni ubi Mille fluunt Quingenti Sex Deciesq;
 Et sex à partu, Virgo beata, suo.
 Vindicis à iusto Domini succensa furore,
 Pestifera in toto saeuijt Orbe lues.
 Hei rapuit teneris multos tum pestis ab annis,
 Hei rapuit iuuenes, hei rapuitq; senes.

iusta

Iusta Dei in mundum desæuÿt ira malignum,
 Mundus qui prauus, iam magis esse nequit.
 Felix, qui fluidæ transit sic tempora vitæ,
 Viuat vt æthereo post sua fata polo.
 Qui pietatis amans morieris, gaudia cæli,
 Et lætus capies, regna beata DEI.
 Impius est testis, flammis qui tortus Auerni,
 Diues nunc pœnas impietatis habet.
 Lazarus est testis, vixit qui pauper in orbe,
 Nunc capit Abrahamæ gaudia læta sinu.
 Quid mortalis homo? bulla est: quid bulla vocatur?
 Est citò disperiens spuma fluentis aquæ.
 Quid mortalis homo? leuis vmbra est corporis illa
 In luce effigies qua pereunte perit.
 Quid mortalis homo? fumus, quid fumus? in auras
 Halitus æthereas missus ab igne leuis.
 O mortalis homo peccans hoc voluit mente,
 Quod stygia est semper pœna luenda malis.
 Quod si anima in pœnis damnata sederet Auerni,
 Christicolæ veteres vt retulère pÿ,
 Hæc habeatq; sibi à Domino promissa Tonante,
 Quod sit ab infernis tunc reuocanda focus,
 Ales vbi montes aliò transuexerit vna,
 Orbis quos cunctos hic spaciosus habet,
 Singula post annos milienos granula arenæ
 Tollens per liquidas aëris illa vias:
 Mænalon & Pindon, Rodopen, Parnasson, et omnes
 Helia quos circum te celebrata vides,
 Quosq;

Quosq; vident Alpes seu circum & Teuton's ora
 Montes, & terræ quicquid in orbe iacet.
 Temporis ô quantum, mora quanta erit illa futura?
 Attamen hæc fines est habitura suos.
 Sic animæ, quamuis serò tamen esset in Orco,
 Spes miseræ, è stygijs posse redire focis.
 Non habet æternus finem cruciatus Auerni,
 Cœlica sic omni gaudia fine carent.
 Ergo age dum veniæ spes est, mala cepta relinq;
 Spes tibi post mortem nulla salutis erit.
 Ætherea lætus semper gaudebit in arce,
 Dogmata qui Gnati discit amatq; D E I.
 Hunc habet autorem tantum creditq; salutis,
 Ponit in hoc solo spemq; fidemq; suam.
 Atq; animam tradit dilecti nomine gnati,
 Æterno moriens & sua fata D E O.
 Molliter in tumulo requiescet liber ab omni
 Quæ premit ærumna plurima in orbe pios.
 Corpore seiunctus socio, sed Spiritus inter
 Cœlestes capiet gaudia vera choros.
 Æthereo donec Christus descendet Olympo,
 Præmia pro meritis reddere cuiq; suis.
 Corporis exuuijs rursus tum tectus, vt ante,
 Cum Domino viuet lætus agetq; D E O.
 Hæc abiens animo tecum perpendito, Lector:
 Quo venies, moriens, post tua fata, manes.

Ger-

GERMANICE.

O Mensch gedencke wol vnd recht/
 Du seist reich/ arm/ Herr oder Knecht/
 Weis/schön/Edel oder Belert/
 Das dich der Todt ankomen werd.
 O Mensch gedencck wie kurz da sein
 Die tag vnd freud auff Erden dein/
 Wie ein Blasz ein schein vnd grafs/
 Ist dein leben auff Erden/gleube das/
 Wenn du meinst du wirst noch leben lang/
 So kumpt der todt vnd wird dir bang/
 Nimt hin alles was hat die Welt/
 Vnd der Mensch für grosse freude helt.
 O Mensch gedencck der langen zeit/
 Das kein ende hat die ewigkeit.
 Es haben die Alten vorgestelt/
 Die lange zeit/ als were die Welt
 Ein Sandberg gros gar vber all/
 Vnd ein Seele sesse in hellischer qual/
 So der Gott gebe solchen trost/
 Das sie denn solt werden erlost/
 Wenn den Berg hette weg gefurt/
 Ein Vöglein auff ein andern ort/

Nach

Nach tausent Jar ein Körnlein klein/
 Davon hinweg füret allein.
 Gedencck o lieber Christe mein/
 Was fur ein lange zeit das würd sein/
 Jedoch wurd es geschehen auff ein zeit/
 Kein ende hat die ewigkeit.
 Bleubestu nu recht an Ihesum Christ/
 Das du durch in gerecht worden bist/
 Vnd beweist deinen glauben fein/
 Mit wolthaten dem nehesten dein/
 So stirbstu wol vnd seliglich/
 Vnd bleibest bey Gott ewiglich.
 Hastu gelebet wie der reiche Man/
 Vnd dem armē Lazaro nicht guts gethan/
 So kümstu in der Hellen glut/
 Wol dem/ der bey zeiten busse thut.
 Thustu buss vnd bleibest from/
 Bittest Gott omb gnad durch seinen Son/
 Bleibest im glauben bis an dein end/
 Vnd befehlest deine Seele in Gottes hend/
 So wird sie bald in Himmel gefurt/
 Der Leib wird in der Erden verschart/
 Bis der HErr zum Gericht kumpt herab/
 So wird der Leib bald aus dem Grab
 I Der

Der Seele vereiniget schnelliglich/
 Vnd bleibt bey Gott denn ewiglich.
 Nu ghe hin vnd schicke dich also/
 Das du mügest sein im Himmel fro/
 Wohin du kompst nach dem ende dein/
 Da musu bleiben vnd ewig sein.

LVNAE COENOBIO
 SACRARVM VIR-
 GINVM.

EPITAPHIVM
 DN. LAMBERTI GEME-
*rani, Pastoris in hoc Cœnobio secundi,
 ab instauratione doctrinae Eu-
 angelicae in ducatu Lu-
 neburgensi.*

Lambertus sacra cubat hac Gemeranus in aede,
 Qua docuit Pastor dogmata sacra diu.
 Hic fuit ex illis, primi qui oracula Christi
 In terra Phœbes restituere viri:
 Ausonius longo fœdè quæ tempore Papa,
 Ausus per mundum contaminare fuit.
 Principis ERNESTI, viguit qui gloria terræ,
 Hoc opus, hæc celebris cura laborq; fuit.

Con-

Coniugis hinc iuxta Lambertus busta quiescit,
Sydera cum Christo mens utriusq; colit.

Obijt anno 1554. Pridie Ascen-
sio: Christi, cum docuisset annos 21.

EPITAPHIVM

DN. SIGEBERTI GRUN-
gij, Pastoris tertij in hoc Cænobio,
qui obijt anno 1566.

23. Iunij.

Non procul hinc recubant Sigeberti corpus &
Grungenij, properè quæ fera Parca tulit. (ossa
Soltquellensis erat patria, ludumq; ibi rexit,
Et cum Barstmanno pavit ouile DEI:
Exilium passus cum quo, ne stulta subiret
Mænia circuitus Cermonioq; Papæ.
Incertis Franciscus Otho Dux inclytus illum
Sedibus errantem, pro pietate sua
Colligit, & Parochum templo præfecit eundem
Cænobij Lunæ, virginibusq; sacris.
Quarum aliquot vero conuertit dogmate Christi,
Huic primo dederat talia dona D E V S.
Bissenos fuit hic annos, lux vnaq; sancti
Muneris auspiciis, fataq; mæsta dedit.
Corpus in hoc tumulo dormit, mens sydera cæli
Vnde orta est, Christo sed mediante, colit.

Mitte pios nobis, mitissime Christe, ministros,
Et rege per verbum pectora nostra tuum.

EPITAPHIVM

GENEROSÆ MATRO-
næ Emerentia Titleben, Dn. Matthiæ
Schilling, Praefecti Cænobiij, quæ
obiit anno 1566. die
7. Septemb.

HAc generosa cubat tumulata Emerentia in vr-
Titleben, cuius gloria magna fuit. (na
Magna fuit pietas, muliebris clara pudoris
Gloria, cara viro pignoribusq; pijs.
Hei dolor, hei quantus fuit huic, moriente marito,
Charis hei quantus pignoribusq; fuit.
Ast, quia non Domini fuit hinc mutanda voluntas,
Et seruant Parcæ, quàm statuere, diem.
Nullo qui fuerat minuendus tempore, tandem
Depositus sancta est cum ratione dolor.
Has moritura preces fundens & pectore vota
Ardenti petijt regna beata DEI.

ORATIO AD DEVM
Morientis.

D. HENR

O HERR sey du mein zuuersicht/
 Wenn mein Mund kein wort mehr spricht/
 Ja wenn meine Ohren nicht mehr hören/
 Durch deinen Geist thu du mich leren/
 Herr sey mein Fels/ mein sterck / mein
 Wenn der Todt an mein hertz stost (trost/
 Dadurch meine augen sich wenden/
 Steh mir bey vnd hilff mir enden/
 HERR meinen Geist beuele ich dir /
 Dein gnedig angesicht kere zu mir /
 Durch dein bitter leiden vnd sterben/
 Las mich in keiner Sünd verderben /
 Die mir der Feind so gros thut machen/
 O HERR reis mich aus seinen Rachen/
 Vnd lege das tröstliche wordt in mich/
 Deiner versöhnung bitte ich dich/
 Las mein gewissen auch empfinden/
 Das ich rein sey von meinen sünden.
 O fromer Gott ich bitte dich von herzen /
 Durch Jesu Christu/erhör mein schmerzē.
 Durch Jesum Christum erhör mein bitt/
 Las deine Magd sterben im fried/
 Erlöß mich aus der not vnd qual/
 Gleite meine Seel ins Himmels Saal /
 I 3 Durch

Durch deinen Engel in dein Reich/
Das ich dich lobe ewiglich.

AMEN.

BARDEVIGAE.

EPITAPHIVM

DN. IOHANNIS FOR-
steri, Ernesti Ducis Brunsv: & Luneb: quon-
dam Cancellarij, qui obiit anno
1547. 16. Nouemb.

Condita Forsteri tumulo hoc sunt ossa Iohannis
Hessiaci legum qui bene doctus erat.
Principis Ernesti fortisq; & fidus Achates,
Eloquio promptus consilioq; fuit:
Et nostræ hic patriæ per multos utilis annos,
In cælo viuit, nunc bone Christe, tibi.
Annaq; dilecto coniunx hæsurâ marito
Hoc voluit vita functa cubare loco.
Post miseræ vitæ curas varioq; labores,
Angelicæ expectant vltima signa tubæ.

DN. MATTHÆI GIN-
drig, primi Superin: Eccl. Bard,
qui obiit anno 1559.

Gln -

Glndrig hac primus Matthæus Episcopus æde,
 Hac cubat eximius vir tumulatus humo:
 Tradidit hic Zelo succensus dogmata Christi
 Pectoris ardenti, bis tria lustra, pius
 Inclytus hunc Princeps Phrysiæ Ernestus in oras
 Misit, vt oppugnet dogmata praua virum,
 Infantes sacro remouent qui fonte puellos,
 Vsu quod mentis, quod careantq; fide:
 Quos pius exemplis sacris dictisq; reduxit
 A tanta Physios impietate viros.
 Ergo virum docta semper pietate verendum
 Hunc charum Princeps, hunc habuere pij.
 Hic recubat corpus, pia mens letatur in astris
 Leniter, extremo consocianda die. Autor.

DN. M. ERNESTI BOCK,
 Secundi Superint: qui obiit anno
 1569. 2. Maij, Luneb.

Sic quoq; tu nostro lugubri Erneste libello
 Bocchi defunctis annumerande venis.
 Vir fuit hic Cellis generatus patre celebri
 Henrico, nomen cuius vbiq; viget.
 Nonidum à teneris fuit hic Ernestus alumnus,
 Doctrina excellens ingenioq; fuit.
 Angelicum rexit magna cum laude Magister
 Cætum, qui Phæbes discit in vrbe tener.

1 4 Phylæ

Phylliride hinc celebris præstanti Rector in vrbe
 Munere magnificus docta Lycea regit.
 Bardorum summus post lectus Episcopus ædis,
 Annos quam docuit vir pius ille decem.
 Spiritus in cælis fruitur nunc luce beata,
 Leniter in tumulo membra reposta cubant. A.

DN. IACOBI SCHOMACHER,
 Præpositi Eccles: Luneb: & Canonici
 Barde: Patricij Luneb: qui obiit
 anno 1563. Erectum.

Schomaricæ gentis decus hic insigne Iacobus
 Illustri Phœbes natus in vrbe cubat,
 Qui patriæ Antistes quoniam præclarus, & huius
 Collegi & Templi nobile lumen erat.
 Vir grauis & prudens, virtutis gloria auitæ,
 Doctrina, meritis, religione, fide.
 Quem Mecænatem Musæ, quem numen egeni,
 Quem patriæ agnorunt templa Scholæq; patrē.
 Fama igitur, nomenq; viri laudesq; manebunt,
 Dum terra hæc flores, dum feret amnis aquas.
 Christe tibi vixit, Christo quoq; mortuus idem est,
 Mors vitæ, & morti congrua vita fuit.

A. I. S. L.

DN. HEN-

DN. HENRICI A SEN.

den, Canonici & Decani Bardeni-

censis, qui obiit anno 1569.

24. Octob.

HAc iacet Hinricus tumulatus in æde Decanus,
A Senden doctus, vir pius atq; bonus.

In celebri Cella sapienti consule natus,

In magnum euasit sedulitate virum.

Collegis charus, venerandus in æde Decanus,

Munere quo magnam præstitit ille fidem.

Viueret Pylios ergo vir dignus in annos,

Qui decus Aonidum, qui patriæq; fuit.

Inuida sed nuper medijs rapuere sub annis

Fata, decus patriæ qui generisq; fuit.

Exuuiæ hîc recubant placidè, mens incolit astra

In Christi capiens gaudia vera sinu. Aut.

DN. OTTONIS HER-

manni, Canonici Bardeni-

censis.

CVi virtus, pietas, indefessiq; labores

Et non diuitias arca paterna dedit,

Hîc Otho decedens Hermannus condidit ossa,

Mente loco cæli nobiliore viget.

I S

Difficili

Difficili functus scribendo notarius arte,
 Polluit eximia dexteritate, fide.
 Perficiens fidis commissa negocia curis,
 Instructus calamis, ore disertus erat.
 Et bonus & simplex, & religionis amator,
 Unigenæ fulsit cognitione DEI.
 Pauper erat iuuenis, senio ditatus, id ipsum
 Agnoscens miseris munera larga dedit.
 Ille Dei verbum quo sit veneratus honore,
 Et quanti doctos fecerit ille viros,
 Indicat hic moriens nuper, quos ipse reliquit,
 Publica donatis Bibliotheca libris:
 Testantur reditus, statuit quos mente benigna
 Pauperibus magnos, Pieridumq; Scholis.
 Profuit hic multis & nullis obfuit, æqui
 Plenus & officij fidus & arte suit.
 Ergo dolent raptum cuncti, sed gaudet Olympus,
 Qui tam præstanti iam quoq; ciue micat.
 Autor Bocerus Hess.

VERSVS VETERES, DE
antiquitate Bardenige, adscripti
foribus Templi.

A Bram dum natus mox Treuiris incipit ortus,
 Hinc annis Barduick mille sex, X quoq; quinq;
 Post Barduick Roma duo CC cum quinq; triginta,
 M. C. post Nat. iunctis Octoginta nouemq;.

Dum

*Dum Brunsvicensis Dux Hinricus Leo dictus
Simonis in festo Barduick subuertit ab alto.*

*Tradunt Chronica, Apostolum Petrum
misisse in Germaniam Aegisthum, unum de
70. discipulis Christi, qui Bardeuiga una cum
Mariano docuerit Euangelium, in his Saxo:
regionibus, ibique Martyrij corona decoratus
sit. Ergo he gentes ad Idolatricum cultum So-
lis, Lune & similium relapsi sunt, donec à
Carolo Magno, ad amplectendam Christia-
nam religionem armis compulsi sunt, anno
Christi 775.*

LOVVENBURGI,

EPITAPHIUM

IASPARISS BASSOVII

Mercatoris & Telone, viri celebris,

pij & honesti, qui obiit anno

1578. 8. Ianuarij.

H*ic sua Iasparus posuit Bussouius ossa,
Rursus in extremo viuificanda die.*

Vir fuit hic terra, Phæbea & in vrbe celebris,

Nomine mercatus, nomine & officij.

Laf.

Largus opum, terræ celebri qui laude Telones
 Integer in cunctis innocuusq; fuit.
 Principibus charus patrijs, charusq; colonis,
 Pauperibus multis commoda multa tulit.
 Ergo viri in terra nomen laudesq; manebunt,
 Spiritus in cælis gaudia vera capit. *Autor*

HAMBURGAE
 ERECTA.

IN TEMPLO CATHEDRALI.

INSCRIPTIO MONI-
 menti D. ALBERTI CRAN-
 TIZII historici.

Anno M. D. XVII. in vigilia conce-
 ptionis Virginis matris gloriosa, spectabilis
 & egregius vir, Dn. Albertus Crantz, sa-
 cra Theologia ac Decretorum eximius Do-
 ctor, Ecclesie Hamburgensis Canonicus, Le-
 ctor facundissimus doctissimusq;, & olim
 Decanus, morum ac virtutum specimen &
 exemplar, patria decus, feliciter concessit in-
 fata, cuius anima cum beatis molliter re-
 quiescat.

EPI.

EPITAPHIVM.

Hic iacet Albertus requiescens Crantzius urna
 Facundus varia conditor historia.
 Quas numeret longo Borealibus ordine terris
 Vandalus & Suecus, Saxo Danusq; vices.
 Ut quoq; Saxonis Ecclesia ceperit oris,
 Singula quæ magna dexteritate refert.
 Maxima cui debent Boreales præmia terræ,
 Quæ tribuit docto viuida secla stylo:
 Proq; suis pepulit per honestas viribus artes,
 Quæ regnabat eo tempore, barbariem:
 Plurima doctisonis illustrans commoda scriptis,
 Doctrinæ verum constituitq; decus.
 Hic quoq; Romana Doctor celeberrimus aula
 Innumeras fraudes vidit & ingemuit.
 Sed quo anno sanctus cepit florere Lutherus,
 Huic data cœlesti sede corona fuit.

M. F.

DN. IOHANNIS ÆPINI,

Theologiae Doctoris & Ecclesiae Hamb.

Superin: qui obiit anno 1553.

13. Maij.

ÆPinum fecit sanctum sibi vas in honorem
 Gratia magna Dei, fons fuit unde salus.
 Eximij

Eximius vsus sancte donis, decus ingens,
 Christe dono lucens extitit ille tua.
Doctrinae norma rectus, vita integer omni,
 Consilij fidus, dexter & æquus erat.
Afflictum variè, tandem sed mole laborum
 Defunctum reficit vita beata virum.

A. Ioach. VVestph.

DN. STEPHANI KEM-
pen, Pastoris ad S. Catharinam, qui
obijt anno 1540. 23.
Octobris.

Conditur hoc tumulo Stephanus cognomine Kē-
 Conuenit officio nomen vtrumq; suo. (pe,
Pro patria strenuè certauit miles Iesu,
 Fortiter adseruit dogmata sacra D E I
A Domino nunc reddita ei promissa corona est,
 Corpora cum surgent iam resonante tuba.
 A Ioach. VVestph.

D. M. IOACHIMI VVEST-
PHALI Super: qui obijt 1576.
17. Ianuarij

Insigni pietate grauis, virtutibus, arte,
 iuuicio præstans, integritate, fide,

Hac

Hac iacet heu fixa IoaChIMVs WestphALVs
 QVI rex Christe tVI Pastor oVILLIs erat. (Urna
 Tres & triginta sonuit feliciter annos
 Eloquio, scriptis, dogmata pura D E I.
 Lustra habuit his sex exacta & quatuor annos,
 Cum placidè subiit regna beata Patris.

DN. CYRIACI SIMONIS

Luneb: Theolog. Doct. Super. qui
 obiit anno 1536

Hac Superintendens Cyriacus tertius vrbe
 Simonis celebri vir pietate fuit.
 Qui celebri Phæbes satus atq; eductus in vrbe
 Euasit patriæ gloria magna sua.
 Est Superintendens vbi lectus in vrbe verendus,
 Doctoris sacro est auctus honore breui.
 Tempore sed longo non hoc est vsus honore,
 Annos qui Pylios viuere dignus erat.

D. PETRI SPREKEL

sen, Consulis Hamb., qui obiit anno
 1563. vbi annos 30. laudatissi-
 mè Consulem egis-
 set.

Hic prope sunt gelido sita Consulis ossa sepulchro
 Qui meritis patria clarus in vrbe fuit.

Huic

Huic, consulq, parens, & stirpis honesta propago
 Egregium fama contribuere decus.
 Non tamen hanc veram mens censuit ardua laudem,
 Propria ni virtus cognita laude foret.
 Iamq, domi cultum doctæ perceperat artis,
 Missus ad extremas est procul inde plagas.
 Hic ubi parta fuit studijs doctrina, remisit
 Ornatum titulis Belgias ora domum.
 Integra dum viridi mens flore vigebat & ætas
 Ac fuit in Socium ducta marita torum.
 Sed priuata diu traheret ne tempora vitæ,
 Mox vocat ingenium publica cura viri.
 Mouit & vt claræ virtutis fama Senatam,
 Hunc sacer in numerum protinus ordo legit.
 Tunc vigere fora, leges & ciuibus vrbis
 Publica iustitiæ consona iura dabat.
 Iuncta fides dictis fuerat, constantia factis,
 Non actum temerè, quicquid agebat, erat.
 Nam mens, consilium, mentem doctrina gubernans
 In dubijs rebus pectora firma facit.
 Cana sed vt rarum prudentia creuerat vsu,
 Amplius & titulo consulis auctus erat.
 Res auxit patriæ meritis, rexitq, senatum,
 Conscriptos inter primus honore Patres.
 Sæpe peregrinas adiit legatus ad oras,
 Grataq, principibus lingua diserta fuit.
 At fuit inuidiæ morsu non liber ab omni,
 Æmula virtutis quæ solet esse comes.

Occul-

Occultos clara sed luce redarguit iētus,
 Pressaq; subrepens iam tegit arma pudor.
 Fœcundæ sobolis domus aucta propagine creuit,
 Sufficiens census pars sua cuiq; fuit.
 Quattuor interea rapuerunt fata maritas,
 Duæta sed vt quinta est, clausit & ipse diem.
 Mens fruitur cælo, quod Christi sanguine partum
 Pectore quem coluit, fassus & ore fuit. (est,
 At nostras implet meritorum gloria terras,
 Et virtus custos iuncta sedet tumulo.

DN. HERMANNI LAN-
 gebeck, I. V. Doct̃oris.

Q Vis iacet hic? Doct̃or iuris legumq; peritus,
 Et merito patrij gloria magna soli.
 Quo patre prognatus? Doct̃ore & Consule claro,
 Quo non maiorem hæc Saxona terra tulit.
 Quæ dotes animi? sapiens atq; ore disertus,
 Iusti æquiq; tenax, relligione pius.
 Quæ fortuna fuit? patrijs contentus opimas
 Turpiter haud studuit cogere auarus opes.
 An ne magistratus? non, priuatus sibi vixit
 Gaudens consilio posse iuuare reos.
 Num Cælebs? minime, at coniunx quæ cõtigit, omni
 Moribus ac forma, parte, beata fuit.
 Qui finis? placidus, mediocri nempe senect̃a
 Defuncta, ante, sua coniuge, fata subit.

K

Si

*Si verum memoras mihi, qui hæc responsa dedisti,
Annos Nestorios viuere dignus erat.
Sed quia sunt cunctis sua stamina certa, sepulto,
Ut sit cum superis altera vita, precor.*

A. H. Cunrad.

DN. IOACHIMI MOLLE-

ri, Senat. Hambur: qui agens Præse-
ctum in arce Ritzenbut-
tel, obiit 1558. 7.
Octob.

H*æc tibi chare Pater Gnati monimēta locarūt,
Qui clarum Hamburga ducis ab vrbe genus.
Te Reges coluere tuæ virtutis amore,
Et tibi nobilitas nomen equestre dedit.
Per te relligio patrijs caput extulit oris,
Et fuit hæc natis tradere cura tuis.
Quid? quod et Imperio, præfectus ab ordine patrū,
Iura dabas populis, non sine laude, tuis:
Deniq; regnorum cum tristia fata videres,
Et mæsta ante oculos staret imago tuos.
Iam senio exhaustus, iam rerum pondere victus
Fata subis vera cognitione DEI.
Vinaq; sensisti moriens solatia verbi,
Quæ sparsit viuens in tua corda λόγος.*

Latius

Lætus & ad superas concessit Spiritus auras,
 Quemq; fide coluit, nunc videt ille D E V M.
 Sic te chara tui vincerentur patria ciues,
 Huius vt ardebat pectus amore tui.
 Sic tua tranquilla res in statione manebit,
 Nulla domi metues, nulla pericla foris.

STRENNI ET FORTISS.

viri Dn. Cunradi Penningij, Equitis auro-
 ri & militiae Praefecti, qui obiit
 Hamb: 1555. 5. Febr.

Ardua militia qui iura ferocis & artis
 Calluit, & quo sint bella gerenda modo:
 Qui forti toties instruxit pectore pugnas,
 Et dubium validi Martis obiit opus:
 Qui vivit toties cum bello invaderet hostis
 Sternere victrici, millia multa, manu.
 Cunradus celebri clarus cognomine Pheninch,
 Incluta Saxonici fama decusq; soli.
 Humani generis communi victus ab hoste
 Hic iacet, & tectum marmore corpus habet.
 Aurea praeclaris rebus calcaria gestis
 Virtutis meruit praemia ferre suae.
 Quam fuerit fidus belli praefectus & acer,
 Anglica testatum reddere terra potest.

K

2

Gallia

Gallia cum Belgis, cum sauis Dania Sueuis,
 Expertis Scotis astipulatur idem.
 Huius & auspicijs arcem prope, nostra Draconis
 Depulso mansit libera terra iugo.
 Quodq; leuis nimium vulgari in milite res est,
 Noluit aduersus belligerare D E V M.
 Sed pius & verbi diuini verus amator
 Exemplo iusti Centurionis erat.
 Cumq; diuturno conflixerat ante duello,
 Cum valido Martis robore, stratus humi est.
 Fortiter oppetiens mortem, victorq; per illam
 Spiritus in Christi vasit ad astra sinum.
 Latus vbi Poëana canit de robore victo
 Mortis, & angelico gaudet adesse choro.

GERMANICE.

Welcher da war nach rechter art/
 In Kriegesleufften hochgelart/
 Vnd wie man nützlich kriegen solt/
 Der da so oft vnd manigfalt
 Zum ersten die Schlacht geordnet hat/
 Mit frischem mut vnd gutem rath/
 Dazu sein leben vnuerzagt
 In offner Schlacht so oft gewagt/
 Der so viel tausent junger Helt/
 Hat fellen helffen in dem Felt/

Mit

Mit seiner viel sieghaffter hand/
 In allen Landen wol bekant/
 Der alte Cort pfenning lieb vnd wehre/
 In Sachsen Landen wol gechrt/
 Wö Feinde der das Menschlich geschlecht
 Ererbet hat/ hie nidergelegt/
 Hat vnter diesem Marmolstein/
 Ligen vnd ruhen seine Bein.
 Mit seiner tugent vnd redligkeit/
 Mit rechter trew vnd erbarkeit /
 Mit gutem rath vnd tapfferer that/
 Mit gülden Sporen erworben hat/
 Zum zeichen seiner tugent vnd ehr/
 Zu fechten in allen züg vnd Heer/
 Wie trew vnd streng/vnd wie behend
 Er war in seinem Regiment/
 Zum obersten Krieges Heubtman/
 Mit warheit wol bezeugen kan
 Engeland/ Schotland vnd Dennemarek/
 Franckreich/ Brabād vñ Schwedē starcke/
 Mit seiner hülff ganz Sachsen landt/
 Erhalten hat in freier macht/
 Recht in der Drachenburger schlacht/
 Vnd das man hat so wenig geacht/

R 3

Hat

Hat er nie gegen Gottes wort
 In einen Zug mit wollen fort/
 Sondern hat glegt nach Gottes wort/
 Sein wort gelobt an jedem ort/
 Wie den Cornelium Centurion
 Die heilige Schrifft verhümet schon.
 Vnd als er hat im kempffen hart
 Dem Tod gehalten lang widerpart/
 Bleib er alleine auff dieser bahn/
 Wie ein sieghaffter Christen man/
 Gedrungen durch des todes not/
 In Christi seines HErrn schos/
 Da er lebet vnd preiset Gott/
 Das er den Tod gemacht zum spot/
 Frölich das er lied alhie gefahr/
 Nu lebet in der Engel schar.

Marita, Anna vidua posuit.

SEPULTURA AROMA-
 toriorum veteris officinae, à Vito Scharpio
 Medicinarum Doctore & aroma-
 torio instaurata, an-
 no 1567.

HAC

Hac senior Vitus struxit in æde sepulchrum,
 Raptus ut est Vitus iunior ante patrem.
 Quid cecidisse virum miraris? & ipse Machaon
 Et Poeon cecidit, Poeonis herba manet.
 Pontificum sic vita fugit, cum Cæsare magnus,
 Sic reges etiam, sic cecidere Duces.
 Iuit & Hyppocrates, & sic Auicenna sub umbras,
 Sic quoque cum prisco Kæse Galenus obit.
 Non ipsi preciosa parant qui Pharmaca tuti,
 Securo flagrans hoc neque præstat odor.
 Nec sua produxit Vitus sibi tempora vitæ,
 Qui manibus fecit Pharmaca mille suis.
 Quod superest ergo, cum sint obnoxia morti
 Omnia: quo vita est hæc reparanda modo?
 Solus es ô clemens hominum Saluator Iesu,
 Qui propria mortem morte fugare potes.
 Redde mihi vitam, neque ducti nequiter æui
 Sis memor, ô generis spesque salusque tui:
 Sanguine me spargas roseo, flectasque Parentem,
 Inque meo firmes pectore, Christe, fidem.
 Sic precor hanc animam facias dulcissime tecum
 Viuere, quæ sola morte redempta tua est.
 Omnia sunt mortis, vel nos quoque morte cadamus,
 Morte tamen Christi non ego mortis ero.

K 4 Æ N I.

ÆNIGMA INCISVM LAPIDIS
Sepulchrali, in Templo Cathedrali, contra Superbos.

O, MORS, CVR, DEVS, NEGAT, VITAM,
 SVPER
 BE TE BIS NOS BIS NAM.

CANON A.

ORdine da primam mediæ, mediamq³, sequenti,
 Debita sic nosces fata, superbe, tibi.
 Quid mortalis homo iactas te? quidue superbis?
 Cras forsitan fies pulvis & vmbra leuis. (Stas?
 Quid tibi opes profunt? quid tunc tibi magna pote-
 Quidue honor? aut præstas quid tibi forma? nihil.

LVBECÆ.

EPITAPHIVM

D. HERMANNI BON-
ni, primi Eccle: Lubec: Super: qui
obijt anno 1548. 12. Febr.
ætatis 44.

EXimios inter docta pietate ministros,
 Sincerè Christi qui pia iussa docent,

Postre.

Postremo minime ponendus in ordine Bonnus,
 Seu vocem spectes, seu pia scripta viri.
 Musarum à puero ingenti percussus honore
 Subdidit ingenio lingue utriusq; decus.
 Præfuit effreni magna cum laude iuuentæ,
 In qua summa rei spes melioris inest.
 Ardua transadijt sanctæ penetralia lingue,
 Thesaurum veræ quæ pietatis habent.
 Hinc populo summi promisit mandata Tonantis,
 Et mæstis Christi dicta salutiferi.
 Quid dicam, quoties malesani pectora vulgi,
 Demulsit dictis ad meliora vocans?
 Omnibus est vitæ candore probatus honestæ,
 Optatus miseris portus & aura fuit.
 Quanta bona in Bonno sint terris nuper adempta,
 Agnoscis damno, pulchra Lubeca, tuo.
 Orandum in messem det Christus vt ipse ministros,
 Et seruet cætus, organa vera, sui.

D. NICOLAI BARDEVI.

ci. Cons. Lub: qui annis 30. Rempub. hanc fe-
 liciter rexit, qui obiit legatus in Da-
 nia oppido Odense, anno
 1560. 21. Iulij, æta-
 tis 43.

K S

Nico

Nicoleos gelida iacet hic Barduicus in urna,
 Consul honoratae gloria prima togae.
 Qui puer exortum vitales hausit & auras,
 Urbs ubi noctiuaga floret amata Dea.
 Sed viguit felix illo sex consule lustris,
 Asseruitq; suum celsa Lubeca decus.
 Huic, sunt homini quae concedenda, negarat,
 Corporis & mentis plurima dona D E V S.
 Haecenus & multis dare quod celeberrima virtus
 Noluit, hoc illi visa dedisse, fuit.
 Illius in cultu posuerunt pectore sedem,
 Dos charitum, probitas, cumq; pudore fides.
 Et meritis homines, precibus sed corde profusis
 Saluifici coluit nomina trina D E I.
 At quibus auxilijs, quo fortis acumine mentis
 Nobile commissae iuuerit urbis opus.
 Clara secuturo virtus testabitur aeuo,
 Aeternumq; viri fama secunda manet.
 Consilij Nestor, fandi sed in arte Pericles,
 Et fuit ingenio iudicioq; potens.
 Illius & sermo & memoris fiducia linguae,
 Fluxit inexhaustae riuus vt vber aquae:
 Mitis in alloquio, nec se quarentibus asper,
 Dulcis & ingenno pectore liber erat.
 Vera loqui studuit, fictis & inania rebus
 Verba, leues constans cedit & ille dolos.
 Hunc penes & virtus, & iustae gloria famae,
 Totaq; maiestas & fuit urbis honos.

Vici-

Vicinosq; Duces magnos virtuteq; Reges
Mouit, & hos verò iunxit amore sibi.
Illius idcirco properantia funera flerunt,
Quos tetigit tanti prodiga fama viri.
Daniacis obiit missus legatus in oris,
Consuetum charæ dum subit vrbis onus.
Iamq; poli gratus nunc hospes factus & hæres
Despicit humanas liber ouansq; vices.

EPITAPHIUM

D. ANTONII A STITEN,

Consulis Lub: viri maiorum imagi-
nibus & omni virtutum
genere ornatiss:

VNde preces & vota sonat diuina Sacerdos
Concio Christiparæ matris in æde nitet.
Inferius videas lapidosa mole sepulchrum,
Grande caput nigri rite tenere bouis:
Quem fugit? hic Consul nostræ celeberrimus vrbis
Stitenius posuit corporis ossa sui.
Stemmata qui clarus, qui sanguine clarus auorum,
Sed propria multò clarior arte fuit.
Saluificum puro scrutatus pectore dogma,
Non equidem vane vir pietatis erat.
Proxima cura fuit sacras Tritonidis artes,
Ingenua docuit qua pietate, coli.

Omni-

Omnibus aspectu facilis, non turbidus vlli,
 Cuius ipse suis iura probata tulit.
 Pacis amans rigidi Mauortis bella diremit,
 Eloquij grata dexteritate sui.
 Diuitias tristi largè dispersit egeno,
 Pegasidam comiti munera iusta dedit.
 Intulit vt Sueonum Generosa Lubeca, Monarchæ
 Prælia per multos continuata dies.
 Ille Deum precibus gemituq; per astra vocando
 Visus ad æthereas est abÿsse domos.
 Hunc fontes pinusq; vocant, arbustaq; deflent,
 Quicquid & humanæ carnis origo tenet.

IN DOBAERANA,
 MONASTERIO VETERI
 DVCATVS MEGAPOLENSIS,
 fundato à PRIBISLAO II. Vandalorum Re-
 ge, Anno Christi 1164. ab HENRICO Leo-
 ne Duce Bauariæ & Saxonie ad fidem
 Christianam conuerso.

EPITAPHIVM
 PRIBISLAI, FILII NI-
 COLAI VAGRIOREM
 Regis.

Primus

Primus ego patrios ab Erulis liqui penates,
 Atq; Pribislaus credidi primus ego.
 Testantur proauum gentilia praelia regum,
 Quae fuerit quondam gloria nostra potens.
 Hanc tamen ut domuit Saxonum Dux Leo fortis,
~~Hunc tibi mor placidum, Cryste, dicam locum.~~
 Urbe cadens Lunae tristia fata tuli.
 Irrupit saeuo septis ter Sarmata bello,
 Qui vel quot caesi, prisca ruina docet.
 Dehinc Solymas adij rediens dum Troica lusi,
 Urbe cadens Lunae tristia fata tuli.
 Oblitos sed ibi cineres relligio grata
 Noluit, & iustis condidit illa locis,
 Felices semper, si iura tenere nepotes
 Prisca loci studeant & pia caepta iuuent.

D. HENRICI LEONIS

Ducis Megapol.

Anno mille-	}	no	{	tricentenoq; vice	}	no
Huic numero ple-				iuncto pariterq; noue-		
Quo Rex coele-	}	stis	{	est natus tempore pe-	}	stis
Ex cuius ge-				perit orbis morbida pe-		
Agnae laud-	}	anda	{	sunt festa semper am-	}	anda
Cum moritur fa-				virtutis & insuper		
						Hyn-

Hynstargard	} ensis	Dominus quoq ₃ Megapol	} ensis
Ac Rostock		quem nunquam terruit	
Hic iacet huma	} tus	hic corpore vilifica	} tus
Sed Christo gra		viuat, sine fine bea-	
Qui legis hac, o	} ra	quod Christus in hac pi-	} ra.
Omnia peio		sua laxet ei sine mo	
Dansq ₃ sibi r	} orē	præsenti nobili	} orem
Quo largi-		cernat vitæq ₃ dat	

D. ALBERTI DVCIS

Megapol. qui obiit anno 1319.

Hic iacet Albertus Dux Magnapolis tumultus
 De quo sis testis, quod eum de virgine natus
 Propter iustitiam, quam fecit, honorificauit,
 Longe tristitiam, pœnam luctumq₃ fugauit.
 Heu mortem subiit. compos rationis in anno,
 Quo nasci voluit D E V S, inuolui quoq₃ panno,
 Centum perfectè decies & ter numeratis,
 L. X. adnecte bis & octo monos sociatis,
 Undecimo Martis Calendas, quem pie Christe
 In sortem partis sanctorum, supplico, siste,
 Huic non est natus par inuictusq₃ quoadusq₃
 Vixit & ornatus sensu, verbis opibusq₃.

In

In Suerin fuerat, Rostoch, Stargard Dominator,
 Alter & Hector erat, famosus belligerator,
 Plura monasterio nostro dedit ergo Mariae,
 Da quod in Imperio nati sit ubi Melodia
 Caelica cantantur, ubi verus adest Iubilæus,
 Nempe, pro vt fatur, in eo perijt Machabæus,
 Excessit tandem sua laus laudem reliquorum,
 A tenebris quantum lux distat. Herus Dominorum
 Hic tenet in donis Aquilæ speciemq; Leonis,
 Nam timet hunc omnis, dignus pro Jerto coronis.
 Strenuus in factis, in bellis iustus habetur,
 Fidus & in pactis, pro quo sibi gloria detur.
 Zelator legum tantum fas insq; tenere,
 Pro quo Rex regum det eum secum residere,
 Viribus est Samson, forma Paris, & pietate
 David, sed Baro, Rex, Comes haudq; pusillum,
 Orans ne populus inferni subruat illum.
 Mitis erat totus, hac tumba qui requiescit,
 Christo deuotus, fidei plenusq; recessit.
 Hunc D E V S alme velis tibi consociare sepultum,
 Et fac in cœlis Deitatis cernere vultum,
 Anni, quos vixit penè sexaginta fuere,
 Ut vulgus dixit, vt fertur, vt audio, verè.

Autor.

Tales condebat versus indocta vetustas,
 Omnia quo pressit tempore barbaries.

Quos

Quos ubi Musa legit tua versus, Lector, ineptos
 Risus, dispeream, si tenuisse queas.
 Tu vero Christo grates age parua Iuuentus,
 Quod linguæ cultus, quod redijtq̄ nitor.
 Non nitor in verbis fulsit, sed magna vetustis
 In vita probitas, dexteritasq̄ fuit.
 Nunc nitor in verbis fulget, sed parua refulget
 In vita probitas, cultus, amorq̄, D E I.

EPITAPHIVM

INCLYTI HEROIS DO-
 ctiss: optimiq̄ Principis D. MAGNI Du-
 cis Megapolens: HENRICI Filij, &
 Sueri: Epis: qui obdormiuit Butzo-
 uij, anno 1550. 5. Ca-
 lend. Februarij.

DOctrina proavis nullis virtute secundus
 Mechlenburgensis Dux tumulo hoc tegitur.
 Nomine Magnus erat, re maior at ille futurus,
 Improbamors saltem si voluisset, erat.
 Acer in adserto constans hoc pectore verbo
 Et veræ viguit religionis apex.
 Et pudor & probitas & dulcis gratia morum
 Certatim donis hunc poliére suis.
 Eloquio Nestor felicis acumine mentis,
 Dulichio valuit non minus ille sene.

Imperij

Imperij proceres, facundæ munere linguæ,
 Aures & mulsit, Carole diue, tuas.
 Iudicium pietas & rebus & omnibus ardens
 Virtus & patriæ constituebat amor.
 Illius ex alto Cymbrorum sanguine Coniunx
 Edita, FRIDERICI filia regis erat:
 Quæ magnum veluti generosum Portia Brutum
 Humectans lachrymis Elysabetta suis.
 Condidit hunc vita sanctum, cineriq; quotannis
 Ut benè sit votis officiosa rogat.
 Illius occasu quantum Meglaburgica damni
 Stirps tulit, extincti candida fama docet.
 Extremum moriens solum te Christe vocabat,
 Cuius in optato iam cubat ille sinu.

GERMANICE.

Alhie Leser an diesem ort
 Steh still vnd liss nachfolgend wort.
 Ein Fürst vom Stam vnd tugentreich
 Alhie bey seinen Bettern gleich
 Herzog MAGNVS begraben ist/
 Vnd rhuet im schutz Ihesu Christ/
 Tausent/sunffhundert vnd neun Jar/
 Zu Stargard er geboren war/

Here

Herzog Heinrich der fridsam Fürst/
 Den alle zeit nach ehren dürst/
 In Deutschen reich ganz wol beband/
 War sein liebster Vater genant.
 Sein Fraw Mutter war Marggrefsin/
 Ursula jr name/rhuet auch hierinne/
 Sein Jarzeit war S. Ulrichs tag/
 Darin sein Vater gros freude sah/
 Lies in erzihn in zucht vnd ehren/
 Gottes furcht vnd freye Künste leren.
 Er war gelert vnd wol beredt/
 Davon das Römisch Reich weis bscheid/
 Vnd Keiser Carl lobt sein Latein/
 Welches er redt zierlich vnd rein/
 Anno tausent funffshundert zwar/
 Dazu im drey vnd vierzgsten Jar/
 In Dennmarck aus Königlichem stam/
 Er sein liebes Gemahl bekam/
 Fraw Elizabeth hoch geboren/
 In aller tugent aus erkoren/
 Jr Vater war König Friderich/
 König Christian jr Bruder gleich.
 Das Regiment hat der Vater gar/

Er

Er aber zu Suerin Bischoff war/
 Dennoch seines hochweisen rath
 Der Vater brauchet frue vnd spat/
 Tausent funffhundert funffzig Jar/
 Zwen Jar vors Vatern todt fürwar/
 Dingstags nach Pauli bekerung/
 In guter jugent vnd regierung/
 Er zu Bukow on Leibes Erben/
 Selig in Gott thet versterben/
 Vnd darnach auff Lichtmessentag/
 Den Leichnam zu Dobberan begrab/
 Welchem Gott ruhe vnd seligkeit
 Geb gnediglich in ewigkeit.

Autor.

*S*Axonie, hæc præter, superæ monimēta per oras,
 Legimus eximys multa sacrata viris.
 Omnia communi, mens quæ fuit edere libro,
 Multis haud dubiè grata futura pijs,
 Leucoris hic legeres doctis celebrata Camcenis,
 Phylleris & doctis busta dicata tuis.
 Et tu Iena Duces, clara pietate, tuosq̃,
 VVimaria es claris quæ celebrata, viris.

L. 2

Busta

Busta quoq; Erpburdi clara legerentur & vrbe,
 Quam celeser Mœnus, quam Viadrusq; rigat.
 Vrbs quoq; Brunonum celebris sua funera nôrit,
 Atq; hanc, quæ circum, mœnia celsa nitent.
 Ni nimis hic sumptus, moles ni magna fuisset,
 Edere communi tot monumenta libro.
 Quæ tamen & quondam, fuerit si vita superstes,
 In proprio dabimus sortè legenda libro.
 Quæ modo in Arctois tantum collegimus oris,
 Candidus hac Lector consule, quæso, boni:
 Et placidam functis requiem, vitamq; beatam
 Exopta, viuis funera læta pijs.
 Mors pariter tollit mortales improba cunctos,
 Cum venit his, Parca quem statuere, dies.
 Ad quem quisq; pius se quauis præparet hora,
 Cùm minimè credis, mors truculenta venit.
 Non patriam hic certam, non mœnia certa tenemus,
 Est homo non remanens hospes in orbe diu.
 Quæramus patriam vitæ melioris Olympo,
 Gaudia vbi nullo sunt peritura die.

SVE.

S V E R I N I.

E P I T A P H I V M

A L B E R T I, F I L I I M A

G N I Ducis Megapol: qui obiit Sueri-
ni 8. Id. Ian: Anno Christi

1547.

Hinrico generatus avo Magnoq₃ parente
 Hoc Dux Alberius conditur in tumulo
 Magnificus, magniq₃ animi, patriamq₃ iuvando,
 Ornandoq₃ simul, iustitiaq₃ potens.
 Quin etiam multa natorum prole beatus,
 Quos colit eximios Nerula terra Duces.
 Fortunate senex, tua molliter ossa quiescant,
 Vita etiam natis sit diuturna tuis.

D. M A G N I H I N R I C I F I

lij D. Megap: Episc: Suerin: qui obiit

Butzo: 4. Calend Februar:

Anno 1550.

Filius Hinrici Princeps re & nomine Magnus,
 Flos patriæ ante Patris funera mæsta cadit.
 Parsatum Antilocho nactus sed clarior illo,
 Et melior studij sedulitate sui.

L 3

scilicet

Scilicet ingenio cunctos superavit & arte,
 Quos habet eximios Teutonis ora Duces.
 Illius ad tumulos Pitho, Aonidesq̄, Themisq̄,
 Tam celebrem lugent non superesse Ducem.

D. HINRICI D. MAGNI

Fily, Dn. Megap: qui obiit Sueri-
 ni, 8. Idib. Februar. anno
 Christi 1552.

HInrico prognatus auo, Magnoq̄ parente,
 Hic situs Hinricus condita membra tegit.
 Qui bonitate sua & meritis linguaq̄, senili
 Nestor erat patriæ duxq̄, paterq̄, suæ.
 Nestore quin melior pietate, & pacis amator,
 Nunc ergò æternæ gaudia pacis habet.

FORTISSIMI ET REI

militaris tractatione celebris: Princ: G E.

O R G I I, D. M. qui pugnans
 apud Francfurt: ad Mœn: oc-
 cubuit, anno 1552.

20. Iulij.

Hic Magno prognatus auo, Albertoq̄ parente
 Dux iacet, Herculeo robore, corde, manu.
 Prin-

Princeps à primo pugnare GEORGIVS ævo
Suetus, & hostiles vi superare minas.

Mars dolet, effundit lacrimarū flumina Mœnus,
Optantes tantum non cecidisse Ducem.

IOHANNIS ALBERTI

D. M: in pueritia apud Boross.
extincti.

Hic situs Albertus quo se iactabat alumno
Herula gens, hic ille patri matriq; voluptas,
Spes patriæ, magni proles generosa parentis,
Felicis nimium, propera hæc nisi dona fuissent,
Quæ tantum Deus ostendit, mox abstulit orbi,
Tu celebrande puer celsi pars inclyta cæli,
Tu Marcellus eris: tumulo date lilia plenis
Pierides calathis, vestri monumenta doloris.

ROSTOCHII.

IN TEMPLO D. MARIÆ
VIRGINIS.

EPITAPHIVM

D. LAURENTII SME-
des Senatoris.

Hic sub cœlato, Laurenti, marmore claudit
 Corporis exuias vrna paterna tui:
 Donec in hac ipsa rediuiuus carne resurgas,
 Concinet extremum cùm tuba clara diem:
 Et quia spes Christi meritis tua semper adhæsit,
 Spiritus ad cœli transit astra pius.
 Inter vbi sanctas animas, manesq; beatos,
 Æterno summum cernis amore Deum.
 Sed celebrata tuæ florent præconia famæ,
 Quocunq; Aunias pulsat Apollo fides.
 Non simul hac tecum tua laus sepelitur in vrna,
 Viuit in æterni nominis illa decus.
 Hoc tibi promeruit tua spectatissima virtus,
 Hoc tua de celebri ducta propago domo:
 Hoc grauitas morum, iustæq; modestia vitæ,
 Hoc animæ pietas ingenijq; vigor:
 Hoc vis iudicij, namq; in prudente Senatu
 Consilijs Pylij Nestoris instar eras.
 Sed tamen in primis propensio plena fauore,
 In Parmasiaci numina sancta iugi
 Exhibitus studijs amor, & reuerentia doctis,
 Quos non postremi nominis inter eras.
 Tam vel præcipuè Musarum fama Chytræus,
 Cui tua legitimo filia iuncta thoro est
 Tam celebris generi decus, Aonijq; labores
 Efficiunt nomen clarius esse tuum.
 Sed quod certa nouæ tibi sint exordia vitæ,
 Hausta per æterni spernq; fidemq; boni,

*Est supremus honos: hic molliter ossa quiescunt,
Et colit in supera Spiritus arce DEVM.*

ANDREÆ MARTINI
Pastoris.

Hic scelerum terror, diuini buccina verbi,
Martinus iacet Andreas, venerabilis ore
Augusto, præstans animi Zeloq, verendus,
Itala quem Iuuenem tellus cultissima vidit:
Dania, quem magni pandentem oracula Christi
Obstupuit, cum Rege ipso, regumq, ministris.
Post iterum patrij quem templa Scholæq, Rosetæ
Audiuere grauem eloquio, vitaq, decenti,
Innocuum, nunc ille caua iacet obrutus vrna.
Templa, Scholæ, dominiq, Patres, & patria plāgat,
Vix habitura viro huic similē, subeuntibus annis.

BARTHOLOMÆI BAT.

*TI Alostetensis, exulis propter
Euangelicam Confess. qui
obijt 1558. 24. Ian.*

Plurima pertulerā quondam qui nomine Christi
Damna, sub hac recubo Bartholomæus humo.
Sole sub occiduo cunax præbebat Alostum,
Lambit vbi Treuiri fertilis vnda solum.

L 5

A puea

A puero placuere sacri mysteria verbi,
 Illustrata tua, magne LUTHERE, face.
 Hinc ego Pontificum fraudes arteisq; perosus
 Sinceræ tenui religionis iter.

Quaq; Deum potui, colui pietate fideq;
 Et labor in Christum fidere solus erat.

Tota sed in ventris studio quæ turba moratur
 Ceperat hinc studijs esse inimica meis:

Insidias struit, & falso mihi crimina fingit,
 Donec in hoc duro carcere clausus eram.

Sicq; tenebroso desedi squalidus antro,
 Dum nouies Phæbo Cynthia clara fuit.

At Gaudæ Proceres, tandem (sit gratia Christo)
 Exemptum veteri restituere loco:

Feceruntq; suæ ciuem me protinus urbis,
 Cuius ego cultor bis duo lustra fui.

Hostibus indomitis donec grauis ira resurgens,
 Et furor & tristes me petiere minæ.

Inde meo capiti ferrumq; ignemq; parabant,
 Heu quantum vera est in pietate crucis.

Exilio mutare domos patriamq; coactus
 Coniuge cum cara pignoribusq; tori

Plurima sustinui terraq; mariq; pericla,
 Tædia multa viæ, tædia multa maris.

Donec ad hæc tandem deflexi littora cursum,
 Quæ veræ hospitium religionis erant:

Quodq; supersuerat confecto tutius æuo,
 In studijs clausi fata suprema meis.

Sic

*Sic mea me tumulo hoc coniunx prolesq³, nouena
Condidit æterno mens mea iuncta D E O.*

**INSCRIPTIO MONV-
MENTI.**

*D. Iacobo Bordingo, artis medica Do-
ctori, & Sereniss: Regis Danie Archiatro,
vera sapientia & cognitione totius Phila-
sophia & trium linguarum, & vera de
Christo doctrina, & omnium virtutum
laude prestanti, viro clarissimo & optimo,
qui in hac quoq; Vrbe & Academia annis
septem viuens, & docens omnium bono-
rum & doctorum eximia studia, & hone-
stiss: ac perpetuam memoriam sibi compa-
rauit, & tandem Hafnia discessit, anno
M. D. LX. die 5. Septemb. hora 4. ve-
spertina, cum attigisset annum ætatis 50.
Coniunx Francisco Nigrana et liberi posu-
erunt.*

**EPITAPHIUM
D. BERNHARDI VII.**

*geboldi, Frisij Gronin: I. Doct: Regis Da-
nie quondam Consiliarij.*

MV^{se}

Mvsarum decus & cultissima gloria fandi,
 Bernardus iacet hac contumulatus humo.
 Quo pietate prior, quo vix seruantior æqui,
 Extulit, aut legum clarior arte fuit:
 Gallia scit, scit Roma, nec inficiabitur Albis.
 Genæq; Doctoris quæ dedit ipsa gradum.
 Magnus habebatur Danorum regis in aula,
 Consilijs, lingua, dexteritate, fide.
 Donec in hac missus non fausto sydere terras
 Cecyus auertit de statione pedes.
 Scilicet Octavi cecidit sub limine lustrali,
 Grandius hoc fecit non Libitina nefas.
 Ad vada Vernoni corpus seruatur in vrna,
 Spiritus æthereæ gaudia sedis habet.

Obijt anno 1556. 20. Aprilis.

IN TEMPLO D.
 IACOBI.

M. THEODORI SOME-
 ri Amersfordiensis, qui obiit 1557.
 14. Septemb.

Hanc quicumq; vides suspensam fortè tabellam,
 Et tacitus tecum, quid velit ista, rogas.
 Siste precor gressum, paulumq; morare viator,
 Carminaq; attentus, si vacat, ista lege.

Quam

Quam premis imposito terram pede, scito sub ista.
 Quod docti recubent molliter ossa viri.
 Huic Theodorus erat nomen Somerus, & ortum
 Amersfordiaca traxit ad vrbe suum.
 Artibus adiunxit primæ qui à flore iuuentæ
 Ingenuis mores, cum pietate, graues.
 Iamq; gerens varia doctrina pectus onustum,
 Cum foret Aoni gloria magna chori,
 Amersfordiacæ per multos gnauiter annos,
 Hinc Dauentriacæ præfuit ille Scholæ.
 Postea doctrine ductus maioris amore
 Deseruit patriæ dulcia tecta suæ:
 Doctaq; lustravit studio vigilante Lycea
 Plurima, quæ diues Teutonis ora tenet.
 Hicq; sibi multos virtute parauit amicos,
 Moribus insignes ingenioq; viros.
 Atq; animum tanta doctrina extruxit, vt inter
 Non esset claros infimus ille viros.
 Percepta ex studijs tanta mercede reuertit
 Ad patrias magno lætus honore domos.
 Tunc Dauentriacam iussus formare iuuentam
 Officio est iterum functus, vt ante, suo.
 Insuper & vitam semper traduxit honestam,
 Prima fuit summo cura placere DEO:
 Vero Euangelij flagrauit amore, supremum
 Non ficta coluit religione DEVM.
 Quin & saluifici confessus dogmata Christi
 Pertulit in patria mille pericla sua.

Auso-

*Ausonii donec fugiens mendacia Papæ
 Cum cara petijt coniuge Rostochium:
 Atq; fera phthisi consumptus membra supremum
 In vera clausit speq; fideq; diem.
 Ergo stelliferi sacrata palatia cæli
 Mens habitat, vili hac ossa teguntur humo,
 Hæc tamen æternum tumulo victura resurgent,
 Cum dabit extremum buccina clara sonum.
 Id tantum volui te non nescire, viator,
 Si placet, inceptam continuato viam:
 Et memor humanæ sortis, mortisq; futuræ,
 Disce mori, moneo, puluis & vmbra sumus.*

NICOLAI BAUMAN,
*Principum Megapolensium Se-
 cretarij.*

Dormio sub lapide hoc Bauman Nicolaus, hono-
*vulgari extremo contumulatus humo. (re
 Nec mala, nec vitæ repeto bona, splendidior sed
 Quam nostra est, nulla libera ducta manu.
 Lætus læta leges, qui transis forte viator,
 Ex Christi iustus nomine non moritur.*

Obijt anno 1526.

EPI

EPITAPHIVM

OPTIMÆ FŒMINÆ

Reginæ, Filie D. Laurentii Smedes, Senato-
ris, uxoris D. SIMONIS PAULI,
Theologiæ Doctoris, & Ducatus Mega-
potensis Superintendentis, quæ
obiit anno 1563.

5. Sept.

Maxima nosse mori vitæ est sapientia, vivit
Qui moritur, si vis vivere, discere mori.

Vt sine morte mori scirem sapientia, prima,
Et mihi Reginæ cura laborq; fuit.

Et veram didici mortem quod nemo videbit,

Qui servat nati dogmata viva DE I.

Non ego mortis onus sensi, mors grata voluptas,

Æternæ vitæ principiumq; fuit.

Sed quamvis fateor, patre corpus morte peremptū,

Vivo tamen cæli gaudia viva tenens.

Conditur hoc tumulo corpus, mens nescia mortis

Conspectu fruitur colloquioq; DE I.

Atq; brevi corpus iunctum cum mente resurget,

Cum iudex veniet Christus ab arce patris.

Vivit enim victor Christus, meus ille Redemptor,

Mors tibi morte sua mors scelerata fuit.

Hic

Hic vbi clamabit: Vos surgite morte sepulti,
 Tunc ego in hac nostra carne videbo DEVM.
 Hunc ego non alia aspiciam, caro namq; resurget
 Hæc eadem, quæ iam morte sepulta iacet.
 Pristina tunc rursus pellis mea membraq; cinget,
 Atq; suum repetent sanguis & ossa locum.
 Tunc ego lucebo rutilo fulgore coruscans,
 Præsentem præsens alloquar ipsa DEVM.
 Dulcis amicitia pertexam semina tecum
 Tunc ego, in æternum, care marite vale.
 Care marite vale, finem da fletibus vdis,
 Reginaq; tuæ fata benigna fove.

GERMANICE.

Die höchste weisheit die man weis
 In diesem leben / sterben heist/
 Der lebet recht / vnd ist nicht tod/
 Wer selig gestorben ist in Gott/
 Hör wiltu leben ewiglich/
 Bey zeit lern sterben / das raht ich/
 Das war mein weisheit / sorg / vnd lust/
 Das ich on tod recht sterben wust.
 Ich hab gelernet / der stirbet nicht/
 Wer Christi wort helt festiglich/
 Drumb

Drumb fült ich nicht des todes pein/
 Der tod mus mir ein wollust sein/
 Zu des ewigen lebends anfang/
 Durch den tod one schmerz ich drang/
 Ob schon der tod erwürgt den Leib/
 Dennoch ich für jm leben bleib.
 Ich bin nicht tod/leb ewiglich/
 In Gottes schos vnd Himelreich/
 Der Leib nur hie begraben liegt/
 Die Seele weis vom tode nicht/
 Schawt ist die heilig Dreyfaltigkeit/
 Vnd redt mit jr in ewigkeit/
 Es werden auch in furher zeit
 Zusammen komen Seel vnd Leib /
 Wenn Christus aus des Himels thron/
 Wird schallen lassen sein Bosaun/
 Denn mein Erlöser Ihesus Christ/
 Lebt vnd regiert zu aller frist.
 Wenn er wird ruffen ober all/
 Steht auff jr Todten allzumal/
 Kompt her vnd geht ist für Gericht/
 Darinn was recht ist/ euch geschicht.
 In meinem Fleisch wil Gott sehen ich/
 Als denn gesund vnd lebendig.

M

Von

Von angesicht wil Gott sehn an/
 Kein frembt Kegin anschawen kan/
 Als denn solle die Gliedmas mein/
 Die vorige haut ombgeben fein.
 Vnd sollen auch Knochen vnd Blut
 Ir stede einnemen in dieser haut.
 Denn werde ich leuchten ganz vnd gar/
 Wie Sonn/Mon vnde Sternen klar.
 Denn werd ich reden in ewigkeit/
 Mit der Göttlichen Maiestet.
 Denn wil ich mit euch/lieber Herr/
 Haben ewich freud vnd ehr.
 Mit euch als denn wil reden ich/
 Von Gott /vñ was im Himmel gschicht/
 Mitler weil spar euch Gott gesund/
 Vnd sey mit euch zu aller stund/
 Mit reichem trost/ das jr omb mich
 Forthin nicht weint so bitterlich/
 Vnd günd gern ewer Keginen fein
 Des Himels freud/on sorg vnd pein.

E P I

EPITAPHIVM

*ANNÆ PAVLINÆ VXORIS
D. Iohannis Pauli Consulis Sueren: quæ
obiit anno 1567, die S. Stephani,
erectum in Templo Sueren:*

Nascitur ex hominis defuncti corpore serpens,
Nam Stygius serpens mortis origo fuit.
Cum serpente simul dirus fit fætor & horror,
Sic redit in cinerem, quod fuit antè cinis.
Sed quia serpentem contriuit morte resurgens
Ex sola Christus virgine natus homo,
Victoris Christi, manu mors tollitur, atq;
Ex ipso nobis vita beata redit:
Uxor Iohannis Pauli sic morte resurgens
Ante DEVM æternæ tempora lucis aget.
Ipsius hîc corpus dormit, mens læta triumphans,
Nunc fruitur vita leticiâq; DEI.

ELEGIA AVTORIS.

**DE MORTE OPTIMÆ
Indolis, magnæq; spei pueri, D. Lucae Back-
meisteri, L. Theolo: Doctoris & Professoris,
in inclyta Academia Rostochi, Filij,
qui obiit anno 1567.**

M 2

EXimij

EXimij nuper Phœbæi cessit ad astra
 Doctoris Gnatus gaudia magna patris.
 Qui facie retulit dilectum & nomine patrem,
 Pectoris & donis, ingenijq; suum.
 Delicia matris venerandi spesq; parentis,
 Ingens & patriæ spes fuit ille puer.
 Ast nihil humanis quicquam est durabile rebus,
 Quæq; magis florent marcida prima cadunt.
 Cum gemit abreptum pater hunc noctesq; diesq;
 Et lachrymis vllum non facit ille modum:
 Est caro Gnatus patri, sub imagine parua,
 In somnis, visus talia verba loqui.
 Quid, pater ô, nostrum defles, charissime, fatum,
 Fatum, quod Gnato cœlica regna tulit:
 Siste pater lachrymas mœstas, charissime, siste
 Gaudia ne tristis tristia redde mea.
 Gaudia quæ superant mundi præstantia quæq;
 Quæ fluida bulla sunt leuiora, pater.
 Ereptus multis, mundo quas fata minantur,
 Ærumnis, viuo lætus in arce DEI.
 Quid mea defletis tristes, quid fata parentes,
 Gaudia, quæ cœli læta tulere mihi?
 Non lachrymis duras flectetis, credite, Parcas,
 Non noua consuerunt texere filia Deæ.
 Nil vestræ profunt lachrymæ, nil luctus inanis,
 Non ego pro magno iam redisse velim.
 Non ego, qui diuum cœtus iam perfruor inter
 Læticia vera, perpetuisq; bonis.

Cæti-

Cœtibus Angelicis permixtus gaudia, celsi
 Gaudia iam capio non peritura poli.
 Lusito cum pueris letus nunc ipse beatis,
 Quos cœlum innumeros, agmina leta, fouet.
 Non hic obscœnæ voces, maledicta nec vlla,
 Vos inter, pueri qualia multa, sonant.
 Dulcia sed puero cantamus carmina Iesu,
 Qui deus est nobis natus in orbe puer.
 Hunc coram aspiciamus, nostra est hic summa volens
 Nos non iam mundi gaudia vana iuuant. (ptas
 Ponite nunc lachrymas ergò, fletusq; parentes,
 Quos capitis frustra nomine, cunq; meo.
 Hic datus à Domino vitæ est mihi finis in aluo,
 Tempore quo matris debile pondus eram.
 Huic parcte patri cœlesti, quæso, parentes,
 Reddere qui vobis pignora multa potest.
 Sedibus æthereis donec sociabimur olim,
 Cùm veniet Iudex Christus ab arce patris.
 Paruulus hæc fatus somni sub imagine parua,
 Nube caua redijt tectus ad astra poli.

Autor.

Cymbrica iam nostræ fuerant & Danica Muse.
 Ordine clarorum fata canenda virum.
 Musa sed vltorius boreales tendere ad oras
 Lassa fugit senio, lassa fugitq; via.

M 3

Qui

Qui tamen es lucens Danorum gloria, Saxo,
 Gaudebat doctum te celebrare virum.
 Non procul à nostris Musæ es querendus in oris,
 Notus es in cunctis, qui legerisq; locis.
 Est tibi quod Latij sermonis gratia dulcis,
 Et rerum scriptis copia magna tuis.
 Addidit his elegos, celebrant qui funera Regis
 Danorum, à Christo qui sibi nomen habet.
 Quòd pietas Regis fuit huius & inclyta virtus,
 Funera quòd miris sint decorata modis.

EPITAPHIUM
 SAXONIS GRAMMATICI
 tici grauis: Danorum Historiogra-
 phi: qui obiit anno 1190.

Qui viuens alios æternum viuere fecit,
 Saxo Grammaticus mortuus hic recubat.
 Mortuus extincto sed tantum corpore, mente
 Qua valuit, magno viuuit & ingenio.
 Unde hanc descripsit gens Danica venit in oram,
 Quæ iacet Arctoo proxima pene polo.
 Danorum regum repetens ab origine stirpem,
 Et quæ quisq; suo tempore fata tulit.
 Qui regni tractus terraq; mariq; patentes,
 Qui populi mores, vitaq; qualis erat.

Tum.

Tum quam præstabant Heroum in pectore vires,
 Quæq; Giganteæ corpora molis erant.
 Quam sanctis patriæ firmatæ legibus vrbes,
 Quod studium veræ religionis erat.
 Hinc quam Danus erat virtute inuictus & armis,
 Qui tenuit regnis regna subacta suis.
 Non modo vicinis metuendus gentibus, ipsa
 Hoc ne Roma quidem libera ab hoste fuit.
 Nec tantum ista stylo deduxit facta soluto,
 Sed vario ornatum carmine pinxit opus.
 Quæ nunc perpetua premerentur nocte, nisi huius
 Conspicua ingenij lumine facta forent.
 Ergo locum hunc, qui funus habet, venerare viator
 Eximium patriæ nam decus ille fuit.

Erasmus in Dialogo Ciceroniano
 de hoc Saxone.

BVLEPHORVS.

Malo in Daniam (nauigemus) qua no-
 bis dedit Saxonem Grammaticum, qui sua
 gentis historiam splendide magnificeq; con-
 texuit.

NOSOPONVS.

Probo viuidum & ardens ingenium,
 M 4 oratio

orationem nusquam remissam aut dormi-
tantem, tum miram verborum copiam, sen-
tentias crebras, & figurarum admirabilem
varietatem, ut satis mirari non queam,
unde illa etate homini Dano tanta vis lo-
quendi.

EPITAPHIUM
SERENISSIMI ET CHRIS-
tianissimi Regis Danie, CHRISTIANI
III. qui unà cum familia Regia ca-
nens, tanquam Cygnæ,
Psalmos quinq̃:

Mit fried vnd freud ich far dahin.
Mitten wir im Leben sein.
Nu bitten wir den heiligen Geist.
Wir glauben in Gott daroben.
Nu last ons den Leib begraben.

Placidissime in vera DEI eiusq̃ Filij
agnitione & ardenti inuocatione ex hac
vita in caelestem emigravit, Anno 1559.
Calend. Ianuar. quem diem obitus Angelus
Domini ipsi ei predixit.

Rex

Auctor.

Rex iacet hic veteris Danorum gloria gentis,
 Nomine qui Christi Rex celebratus erat.
 Rex fuit accensus veræ pietatis amore,
 Quo magis haud vnquam Rex bonus alter erit.
 Rex fuit humanus, clemens, affabilis omni,
 Auctor Christiadum Pieridumq; chori.
 Tempore fortis erat belli, pacisq; benignus,
 Rex populo carus, nobilibusq; viris.
 Dum vixit, regnum florebat pace beata,
 Atq; p̄ cætus Aonidumq; Scholæ.
 Ergo sua æterno commendans fata parenti,
 Somno ceu dulci morte sopitus obit.
 Exuvie hic recubant sine pondere Regis in vrna,
 Pars melior superas incolit ipsa domos.
 Talem vos Regem, Reges, ^{nati} ~~unus~~q; parentem,
 Exemplum vitæ quærite quisq; suæ.
 Sic regnum vobis felix populusq; beatus,
 Sic placida & mortis fata futura die.

M 5

VETE.

VETERIA CAESARUM,
REGVM, ET
PRINCIPVM.

DE LEGIONIBVS Romanorum trucidatis ab HARMINIO, Anno CHRISTI XII. tres Legiones Romanae, quarum Dux fuit QUINTILIVS VARVS, trucidatae sunt ab HARMINIO Duce Cheruscorum & Longebardorum, der Harklender: pugna facta est in Westphalia non procul à Padeborn inter fluuios Lyppiam & Amisiam. Quintil. Var: sibi ipsi mortem conscivit. Harum ossibus Sexennio post sepultis, Germanicus Imp. Rom. tale Epitaphium eo in loco posuit.

QSSA MIL. V. ET XIX. LEG. CVM
QVINTIL. INTERFECT.
IVSSV GERMANICI IMP. HVC
COLLATA QVIESCVNT.

Idem GERMANICVS cum postea vires aliquo modo HARMINII, & reli-
quo-

quorum Germania Principum fregisset, pugna acerrima in Comitatu Diffolt, prope Stagnum den Dummer/hoc superbum erexit monumentum.

DEBILITATIS INTER RHENVM
ALBIMQVE
NATIONIBVS, EXERCITVS TIBERII
CÆSARIS
HÆC MONIMENTA MARTI ET
IOVI AVGVSTO SACRAVIT.

HARMINIVS.

EPITAPHIVM

SEV INSCRIPTIO MO-
nimenti HARMINII, primi
Ducis Germaniæ.

ANNO CHRISTI XXII. HAR-
MINIVS, à propinquis conductis dolo-
TIBERII Cæsaris, domi interfectus est,
cùm regnasset annos XII, vixisset 37.
de quo Tacitus tale monu-
mentum reliquit.

DOLO

DOLO PROPINQVORVM CE-
CIDIT LIBERATOR HAUD DV-
BIE GERMANIÆ, VT QVI NON
PRIMORDIA POPVLI ROMANI,
SICVT ALII REGES, DVCE SQVE,
SED FLORENTISSIMVM IMPE-
RIVM LACESSI MERIT PRÆLI-
IS AMBIGVIS. BELLO NON
VICTVS, SEPTEM ET TRIGIN-
TA ANNOS VITÆ, DVODECIM
POTENTIÆ, EXPLEVIT.

*Fuit in eo singularis natura prestantia,
formidabilis hostibus, propter virtutem &
etatem, qua triennio tantum Alexandrum
superavit. De hoc quidam intelligunt ver-
sus Virgil: lib. II. AENEID: Fuit enim hic
HARMINIVS, Cheruscus Romæ obses:*

*Deiicit Harminium, nudo cui vertice fulua
Cæsaries, nudiq; humeri, nec vulnera terrent.
Tantus in arma patet, latos huic hasta per armos,
Acta tremit, duplicatq; virum transfixa, dolorem.*

CONSTANTINA
MAVRICII IMP.
CONIUNX.

EPI.

EPITAPHIVM

QVERVLOSVM CONIV.

gis MAVRITII, Imperat: quod
legitur apud Nicephorum
lib. 18. cap. 41.

O Ego mille modis Regum miseranda duorum,
MAVRICII coniunx filia TIBERII
Edocui regina satis, fœcundaq; mater,
Quàm sint multorum commoda sceptrâ Ducû.
Militis infidi iaceo populiq; furore,
Et mecum coniunx progeniesq; iacet.
Næ misera Niobes ego sum vitale cadauer,
Plura ne Cissæis, plura Iocasta tulit?
Esto iure pater, cur pignora parua necantur,
Humani prorsus nescia turba doli?
Non iam Roma meis à frondibus contiget vmbra,
Eruta Treicio stirps Aquilone iacet.

Hic MAVRITIVS Imperator Cap-
padox à Phoca Centurione in Imperatorem
ab exercitu seditioso electo, iussus est inter-
fici, unâ cum Coniuge CONSTANTI-
NA, & parvis liberis, & filiabus apud
Chalcidonem, quo ægrotus cum illis fuge-
rat. Sunt autem in portu, inspectante Phoca,
pri-

primum duo iuniores filij MAVRICII necati, Deinde tres Filiae: post Mater CONSTANTINA. MAVRICIVS astitit aspiciens Filiorum & Filiarum neces mirando silentio. Cum autem videret sanctam ac charissimam uxorem feriri, hanc edidit confessionem suorum peccatorum ex Psalmo 119. IVSTVS ES DOMINE, ET RECTVM IVDICIVM TVVM, Post & ipsi MAVRICIO caput precisum est, anno Christi 604.

GERHOLDVS.

EPITAPHIVM GERHOLDI VVORMA- tiensis Episcopi.

IPse Gerholdus obit praesul qui dimicat ense,
Perplacet ergo chorum, non adyffe forum.

Gerholdt der Bischoff fiel durchs schwere/
Weil er es gfüret / so war ers werdt/
Het er dafür den Chor bestellt/
So wer er nicht ermordt im Feldt.

Hic

Hic GERHOLDVS circa annum
Christi 742. sub CAROLO MARTEL-
LO, saepe in aciem bellicosus Episcopus
VVormatiae, item Moguntiae, cum PIP-
NIO Filio MARTELLI, & patre CA-
ROLI MAGNI prodijt, & tandem in
pugna quadam contra Saxones interfectus
est.

CAROLVS MA-
GNVS.

EPITAPHIVM
SEV INSCRIPTIO MO-
nimenti CAROLI MAGNI, qui obiit
anno Christi 814. Quint. Cal. Febr. hora
diei 3. cum vixisset 72. sepultus A-
quisgrani. In Templo D.
MARIAE.

Sub hoc Conditorio situm est corpus CA-
ROLI MAGNI & Orthodoxi Impe-
ratoris, qui regnum Francorum notabiliter
amplificauit, & per annos XLVI. feliciter
rexit.

CARO-

CAROLI MAGNI

Symbolum.

Ein alt Weib spinnet an dem Wocken
vnd betet. Darüber macht *CAROLVS*
den Verss.

Nenti fila DEVS & mentem iungit Olympo.

Es ist war/ wer das seine thut vnd bes-
tet/ Matth. 7. Klopffet an / da gibr Gott
den Segen. Dieses *symboli* gedachte offte
D. PHILIPPVS, wenn er zum *Studio*
vnd Gebet vermanet junge Gesellen.

VERSVS ANTIQVI DE CAROLO MAGNO.

*Sanguine Romanum sibi regnum CAROLVS aptè
Associat proprio, proprio quoq; sanguine seruat.*

Der grosse Carl mit seinem blut/
Das Römisch Reich erhielt in hut/
Mit seinem Blut ers auch erwarb/
Vnd solches auff seine Söhne geerbt.

Aliud de eodem.

*CAROLVS in vita pacem reuerenter habebat,
Pacis & Osorez vinculis stringebat amaris.*

De

Der König Carl allzeit den Fried /
 In wurden gehalten mit herren begierd /
 Dazu des Friedes Auffwagler bald
 Mit feur / mit Schwert / mit bandt zers
 spalt.

*STATVA HERMENSEV.
 LE, quam CAROLVS MAGNVS
 euertit, stantem in Vuestphalia Harminij
 Ducis Saxonum & Cheruscorum, cum talis
 inscriptione, reperta in Corbeia mo-
 nasterio ad Visurgim sito
 peruetusto.*

*Dux ego gentis Saxonum victoriam
 certam polliceorme venerantibus. Es ist
 ein gewapnet Bilde gewesen / stehende im
 grünen Felde von Blumen / pectore vrsum,
 clypeus dependens armo, insignitus Leone
 Etliche meinen / sie heisse Hermetis seule /
 id est, Mercurij, Ditz die Römer dahin ges
 sagt.*

*Huius CAROLI avus fuit CARO-
 LV S MARTELLVS Dux Brabantia,
 N quib*

qui in aula Regis Francici fuit Haus Meier,
quem nūc Hoffmeister, & olim Latini Scri-
ba Maiorem domus vocarunt. Huic ob res
preclare gestas in bello Reges Francici res-
gnum obtulerunt, quod recipere noluit
contentus paterna dignitate, qua proxi-
mū Regi gradum tenebat. Obijt anno Chri-
sti 741. sepultus in templo Dionysij, prope
Lutetiam, cum hoc Epitaphio:

Iste Brabantinus Dux primus in orbe triumphans
Malleus in mundo specialis Christicolarum,
Dux Dominusq; Ducū, Regum quoq; rex fore spe-
Non vult regnare, sed Regibus imperitare. (rans

VVEDEKINDVS.

EPITAPHIVM

VVIDEKINDI DVCIS

Angriuorum primi regis Saxonie, in Vuest-
phalia conuersi ad fidem Christianam à Ca-
ROLO MAGNO, & baptizati teste
baptismatis ipso CAROLO, Anno Chri-
sti 773. incisum lapidi super fores
veteris Templi in Engeren,
in VVestphalia.

Ossa

Ossa viri fortiss, cuius fors nescia mortis,
 iste locus munit, Euge bone Spiritus audit,
 Omnis mundatur, hunc Regem qui veneratur,
 Ægros hic morbis cæli Rex saluat & orbis.

De eius rebus gestis & conuersione ad
 Christianam fidem & Bapti-
 smo.

Als Carolus Magnus war im leben/
 Hab ich im viel zu schaffen geben.
 Viel grosse Schlacht ich mit im thet/
 Derselben auch viel gewonnen hett/
 Wo dz glück nicht wer gewesen wider mich
 Denn es zu zeiten wol rechret sich/
 Solchs wehrt bis in drey vnd dreissig jar/
 Da es entlich der will Gottes war/
 Hab ich den Christen glauben angenomē/
 Vnd durch Bonifacium zur Tauff ko-
 Zu Engern das Stiff bawet ich/ (men/
 Darin ich auch begraben lig.

Tradunt Chronica/ Da Alcuinus Messe
 gehalten zu Mynden/vñ die Hostiam con-
 secrirtet/sey sie ein schön Kindelein gewordē/
 N 2 wels

welches Alcuinus gessen / Nach der Messe
als Carolus zu tische sass sampt Vuidekin-
do fraget in Carolus :

Vt placet tibi conuiuium ?

Respondet Vuidekindus :

*Minimè, quia latro assidet, & re-
citauit visa.*

Da hat er sich zum Glauben gegeben /
*Et à Bonifacio baptizatus est apud Fuldam
ciuitatem, in riuo profluente, in pago Mitt-
tenbach. Alij tradunt baptizatum in
arce sua, in ade Balem vel Betlem an der
Kulla / apud Mindam eius ciuitatem in
monte Wedefenborg / sic ab ipso appellato,
in die natalis Domini, Anno 773.*

ROLANDVS.

EPITAPHIUM

ROLANDI, FILII BER-

TAE, sororis CAROLI MA-

GNI, ipso CAROLO

autore.

Tu

TV patriam repetis, tristi nos orbe relinquis.
 Te tenet aula nitens, nos lachrymosa dies.
 Sed qui lustrageris octo & binos super annos,
 Ereptus terris iustus ad astra redis.

Huius Rolandi statua passim adhuc in
 Saxonia spectatur, Vir fuit hic fortissimus,
 qui multos Duces in bello Sarracenco, quod
 gessit CAROLVS in Hispania, occidit.
 Tandem circumuētus à Sarracenis, ubi Du-
 cem eorum precipuum Marsurium interfe-
 cisset, sui perijt, Anno Christi 778.

BRVNO EPISCOPVS
 COLONIENSIS.

EPITAPHIVM

BRVNONIS, QVI FRATER
 fuit Brunonis Magni Saxonis, Episco-
 pus Agripinensis, Christianae religionis &
 doctrinae caelestis, & cultus, qui illo tempore
 fuit, ardēs propagator, qui obiit anno Chri-
 sti 961. Sepultus Colonia in Tem-
 plo Pantaleonis.

N 3

FVN

Fundite corde preces, lachrymosas fundite vo-
 Ecce pater patriæ conditus in silice, (ces,
 Regis progenies terras memoranda per omnes,
 BRUNO pacificus vir bonus atq; pius.
 Archos Antistes, cui clara Colonia sedes,
 Visus erat, cunctis charus ubiq; fuit.
 Offendit tenebras lux viuacissima terras,
 Inuida lingua tacet, laus modo vera placet.
 Non fuit in mundo tam raro munere dignus,
 Raptus ab hoc æuo iam fruitur Domino.
 Idus Octobris quinto præsul duodenus
 Vitæ concessit, spes comes alma fuit.

GERO.

GERO DVX STADEN-
 sis, Marchio Lusatie, fundator Monasterij
 Gerenrodensis prope Quedlenburgi, obiit
 anno Christi 965. sepultus ibidem
 cum hoc Epitaphio:

Zu Lausnitz erster Fürst war ich/
 Dreissig Wendisch Herrn ertödtet ich.
 Stifftet Gernrod aus eigener Hab/
 Daselbst man sihet noch mein Grab.

BRV_a

BRVNO.

EPITAPHIVM

BRVNONIS CONDITO-

ris ciuitatis Brunsvigæ, Anno circi-

ter 861.

Ich bawt von erst Braunschweig die stad
Die iren namen von mir hat.

Den Heiden war ich ganz gefehr/
Bezwang mit macht der Denen heer.

Mit mir verdorben in Bassersflut/
Zween Bischoff vñ zwölff Graue gut/
Dazu das ganz heer in gemein/
Gott wolte vns allen gnedig sein.

OTTO PRIMVS.

OTTO PRIMVS OBIIT

anno Christi 974. in Monasterio Memme-

leben, inde Magdeburgum auetus, ibiq;

prope coniugem Editham sepultus.

cum hac inscriptione:

Tres luctus causæ sunt hoc sub marmore clausæ

Rex, decus Ecclesiæ, summus honor patriæ.

N. 4

Drey

Das ist.

Drey vrsachen des trawrens sein/
 Belegt hie vnter diesen stein.
 Der Kirchen zier/des Reiches heer/
 Dazu des Vaterlandes ehr.

EPITAPHIVM SIEG-
*FRIDI, Graff zu Merßburg/
 Stadhalter primi Ottonis.*

Otto der grosse das Wendisch land
 Mits Reiches willen an mich wand.
 Der Tod mein leben bald verfert/
 Mein Weib darumb ein Abtiffin ward.

EPITAPHIVM CHRIS-
STIANI, ex posteritate dicti
Sieg fridi orti.

Da ich Marggraff zu Lufak war/
 Vorkerten sich die Wenden gar.
 Wider dieselben ich da facht/
 Lag tod/ward gen Magdburg bracht.

EPI.

E P I T A P H I V M D I T H.

M A R I, ex posteritate dicti Chri-
 stiani. Vixit temporibus
 Henrici II. Imper:

Hagenroda/ vnd Danckmarsfeld/
 Möncheneunburg dazu ich melte.
 Aus Keningen ich fundieret/
 Mein Bruder Gero das confirmiret.

E P I T A P H I V M G E R O
 nis, dicti Dithmari fratris.

Herrn Widenrads/ Graffe Volckmar/
 Zwey hundert Man die Heiden gar
 Mit mir felschlich erschlagen haben/
 Möncheneunburg helt mich begrabe.

E P I T A P H I V M D I T H.
 M A R I.

Hinrich der Heilige mir hülffe thet/
 Vnd alls das ich verlorn het/
 Halff er gewinnen mit dem Schwerde/
 Der Wendē ich mich mit ernst erwert.

N S H V G O

HUGO MARCHIO.

Circa annum Christi 991. floruit Hugo Marchio Brandenburgensis, Praefectus Caesaris in Tuscia & Hetruria, qui & Marchiam vendidit, & ex illa pecunia 7. Monasteria in Italia fundavit. Is habuit tres fratres: Menfridum, Hermannum, & Sieghardum, qui iuxta patrem Marchionem Bruniconem & matrem Villam sepulti sunt Brandeburgi, in Templo S: Mariae, in monte Harlingorum, ubi vetusta Epitaphia III. leguntur, quorum primum Hugonis ita vetustate detritum est, ut legi non possit.

II. HERMANNI.

*Candidior gemmis Hermannus flos Bruniconis
 Hic iacet in tumulo, proh dolor, exiguo.
 Quem flent gentiles pariter cunctiq; fideles,
 Armis inuictum succubuisse pium.
 Brenburg ac patria ô superis iam reddite vota,
 Multiplyate preces, ut sit huic requies.*

III. Sieg-

III. SIEGHARDI.

III. Calendas Maij obiit Sieghardus
clarissimi Principis Bruniconis filius Chri-
stianissimus.

Hæc ita ante paucos annos reperta sunt
Brandeburgi, cum Episcopus Hieronymus
clanculum eorum sepulchra aperuisset, &
ossa arduorum procerum illorum inspexis-
set.

CONRADVS SE- CVNDVS IMPE- RATOR.

ANNO CHRISTI M. XXXIX.
obiit CONRADVS Secundus, cognomi-
ne Saliquus, cuius corpus sepultum est Spiris
in Tēplo, quod extruere cœperat magnificè,
ubi adhuc Patris, Filij, & nepotum monu-
menta visuntur, his inscriptionibus:

CONRADVS IMPERATOR ROMA-
NORVM OBIIT ANNO DOMINI
CÆ INCARNATIONIS M. XXXIX.
PRIDIE NONAS IUNII. PRO-
VVS IACET ISTIC.

HEN-

HENRICI TERTII

Imperatoris.

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS, M. L. VI. HENRICVS TERTIVS, NIGER, TERTIO NONAS OCTOBRIS OBIIT. AVVS HIC.

HENRICI QVARTI

Imperatoris.

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS, M. C. VI. HENRICVS QVARTVS SENIOR. VII. IDVS AVGVSTI OBIIT. PATER HIC.

HENRICI QVINTI

Imperatoris.

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS M. C. XXV. HENRICVS QVINTVS IVNIOR X. CALEND. AVGVSTI OBIIT. FILIVS HIC.

HÆC

HÆC IIII. EPITAPHIA

coniuncta constituunt hunc
versum:

Filius hic, Pater hic, Avus hic, Proavus iacet
istic.

DE PVGNA INTER
HENRICVM QVINTVM ET
Lotharium prope Welfesholz/in
comitatu Mansfeldensi.

Anno Domini M. C. XV, com-
missa est celebris illa pugna prope Welfes-
holz, in Comitatu Mansfeldensi, in qua
Caesaris Henrici Quinti exercitus à Saxoni-
bus, Duce Lothario casus est, & Imperator
vix fuga celerrima elapsus, quo in loco re-
periuntur in sacello procul dubio memoria
causatum extructo, hi versiculi:

Anno milleno, Centeno, ter quoq; quino,
Syluam VVelponis perfuderat vnda cruoris.
Sunt ferè necati quadraginta millia quinq;
Ipse nempe die Dionysij martyris almi,
Salui Francones, Saxones atq; Turingi,
HENRICI regis exercitus est sueratus.

Im

Im tausent/hundert vnd funffzehende jar/
 Mit blut da ward befeuchtet gar/
 Das Welfeshols/ denn da ein streit
 Geschach aus grossem has vnd neid/
 Wol funff vnd vierzig tausent Man
 Die mussten hie jr leben lan.
 Auff Sanct Dionysii tag
 Geschach diese grosse niderlag.
 Die Francken vnd Sechsischen Hele
 Vnd Thüringer behielten das Felt/
 Des Königes Volck geschlagen ward/
 Vnd nam er selbst die flucht das fart.

In eo loco, vbi pugna commissa est, Sa-
xones Trophaeum statuere, virum arma-
tum in columna, dextra dentatam haben-
te clauam, Ein Streithamer oder Streit-
Folben/ & ab utroq; latere habentem signa
gentis Saxonica, videlicet, equum album
aperto campo salientem vel ferocitantem,
Ein springend Pferd. Hoc trophaeum post-
ea à vulgo pro idolo cultum & habitum
est, dictumq; I D D B Ze/ Propterea quod
Casariani in pugna succumbentes, clama-
uerunt

nerunt: IO, ADIVTE MI, IO, AD-
IVTE MI, das ist / Ich / oder nu helffe
mir. Quod in Italia militantes cum Casare
didicerant, unde adhuc in Saxonia manet,
Ich wil dich slaen / du schalt tho Toduth
vthropen. Quidam tradunt vocem Saxoni-
cam Gedute statua huius fuisse nomen, quod
scilicet esset monumentū seu signum huius
pugna & rerum hoc loco gestarum, quasi
Eine bedeutunge/memoriale, ein gedechte-
nis.

RODOLPHVS DVX SVEVORVM.

Rodolphus ille Dux Sueuorum, qui a
Papa (qui ei coronā auream misit cum hac
inscriptione: Petra dedit Petro, Petrus
diadema Rodolpho) Contra Henricum
Quartum Caesar electus fuit, Anno Christi
1080, Idibus Octobris acie congressus cum
Henrico, ad Elystrum, Misia profligatus est,
cui dextram manum praescidit in prelio Go-
defridus à Bilioneu (qui postea factus Rex
terra

*terra Sancta Hierosolymis, super sepulchro
Christi spinea corona redimitus est) quam
postea monstravit Episcopis iam moriturus
dicens: hæc est manus, qua Imperatori com-
missam fidem confirmaui: Vos cogitate,
Quid Deo responsuri sitis, qui me inuitum
ad hoc bellum pertraxistis. Sepultus est
Merseburgi cum hoc Epitaphio:*

REX hoc Rodolphus patria pro lege peremptus,
Plorandus merito, conditur in tumulo.
Qua vicere sui iacet hic sacra victima belli,
Mors sibi vita fuit, Ecclesie cecidit.
Rex illi similis, si regnet tempore pacis,
Consilio, gladio, non fuit à CAROLO.

Hoc Epitaphium cum quidam Consilia-
rj Cesaris legissent, eiq; indicassent, quo-
modo hoc ferre posset, ut homo ei inimicissi-
mus tam splendido ornaretur titulo, respon-
disse Imperatorem ferunt, Non se inuidere
ei sepulture honorem, se optare se potius,
ut hostes sui omnes talibus monumentis
conditi sint, Significans haud dubie, se opta-
re omnes esse defunctos, ne vel sibi vel im-
perio obesse possint.

L O.

LOTHARIUS CAE-
SAR: EPITAPHIVM.

Lotbarius sceptro ceu Carolus alter adeptus,
Æquo iudicio praesuit Imperio.
Diruit errorem, regni firmavit honorem,
Inclytus Italia victor & Apulia.
Exuitur membris heu trina luce Decembris,
Ecclesiae gemitus illius est obitus.

Das ist.

Dem grossen Carl war Lothar gleich
Holdt recht / gericht im ganken reich
Was irrich / was er richtig macht /
Das Reich e wider zu ehren bracht.
Streithafftig war im Welschen Land /
Neapolis er zwang zu hand.
Den sechsten tag Decembris starb /
Dauon die Kirche trawren erwarb.

IN OPERE HISTORICO
Magdeburgensi refertur scri-
ptum hoc modo.

Magnus Lotharius iacet orbis gloria, cuius
Actio, consilium, sustulit Imperium.

Rex

Rex Caesar Augustus clarus vir moderatus,
 Inclytus Italiae victor & Apulia.
 Hanc hic fundavit Cellam Monachoq₃ gregavit,
 Abbatem statuens, praedia contribuens.
 Exiitur membris hac terna luce Decembris,
 Ecclesiae gemitus illius est obitus.
 Optimus Augustus regni moderamine iustus,
 Lotharius patriae favit & Ecclesiae.
 Luce Decembris obit quae nonas tertia promit,
 Quem merito fidei colligit aula D E I.

Obijt anno Christi 1138. 3. Decembris
 rediens ex Italia in pago ignobili inter
 Ennum & Lycum fluuios, sepultus in Mo-
 nasterio ab ipso condito & appellato, Lotha-
 ria Caesarea Königes Luther.

A.

Talia de claro referebat sancta vetustas
 Casare, qui Imperij spesq₃, decusq₃ fuit.
 Caesaris è cuius gnata GERTRUDE Brunonū
 Atq₃ Ducum Phœbes est generata domus.

FRIDERICVS CO- MES PALATINVS.

Anno Christi 1065. Comes Palati-
 nus in Saxonia Fridericus, interficitur à
 Ludo.

Ludouico Thuringia Comite, proditus à
propria coniuge adultera, sepultus in mo-
nasterio Weisick/ ab ipso fundato, sed in eo
loco ubi interfectus est positum est ei monu-
mentum tale in cruce lapidea.

ANNO DOMINI M. L. XV.
HIC COMES CECIDIT
PALATINVS FRIDERI-
CVS: HVNC PROSTRAVIT
COMES LVDOVICVS.

De quo etiam hi Thuringici Rithmi
olim compositi fuerunt.

Hie word erstochen vnedlich/
Der Pfalkgraue von Sachsen/ Herr Fri-
derich/

Das thet Herr Ludwig mit seinem speer/
Da er jagen reidt allheer.

FRIDERICVS I. DI-
CTVS BARBAROSSA NA-
tione Sueuus, electus Imperator, Anno 1133.

de quo tale carmen seu Epitaphium
reliquit memoria Guntherus

Ligurinus Poëta.

O

Nobi

Nobilitate viget clarosq; hinc sanguine Reges,
 Inde Duces contingit avos facundia dulcis
 Forma nitēs, animusq; sagax, manus impigra, solers
 Consilijs, belloq; ferox, & pace modestus,
 Mente senex, etate puer, prudentia rerum
 Certus amor, robusta fides, constantia mentis,
 Nec frangenda malis, nec sustollenda secundis,
 Laudis amans, largitor opum, crudelibus atrox.
 Tranquillus placidis, ferus indomitusq; superbis
 Supplicibus facilis, iustis pius, asper iniquis,
 Fortis ad instantes casus, prudensq; futuri,
 Præteritiq; memor socijs bonus, impijs hosti.

Sub hoc mortuus est D. Bernhardus, &
 corpora trium Regum translata sunt in
 Coloniam ab Episcopo Coloniensi Reinaldo,
 à Cesare occupato Mediolano, profectus
 contra Saracenos & Turcos in Asiam, defa-
 tigatus labore & aestu descendit in flumi-
 num Serram lauandi studio. Ibi abreptus di-
 citur vorricibus in flumine perijisse. Alij tra-
 dunt emersum ex aqua epate male affectū,
 esse mortuum, sicut & Alexandrum Magnū
 in Cydno fluuio Cilicia morbo lethali corre-
 ptum interijisse literis proditum est. Longo
 tempore bellum gessit cum Pontificijs, tan-
 dem

dem pacem constituendam iudicavit, cum
 amissis Filijs duobus iussus cum Venetijs ad
 pedes Pontificis procumbere absolutionem
 petijt, Etsi causa & armis superior esset,
 Tyrannus Pontifex non contentus Impera-
 toris modestia, quod factus esset supplex,
 insignes insuper contumelias addidit, pe-
 dem .n. collo Imperatoris imposuit, accla-
 mari iubens: Super Aspidem & Basiliscum
 ambulabis. Cum Pontifex interpellaretur
 his verbis: Non tibi, sed Petro, reclamatur
 Pontifex tyrannicè Et mihi & Petro, &
 sic tandem absolutionem impetrauit.

PHILIPPVS IMPÉ- RATOR.

Anno Christi M. CC. VIII. Impe-
 rator Bombergæ cum Phlebotomia medica-
 tionis causa vsus semotus reliquis, cum vno
 Hærico Truckes hilarioribus colloquijs sese
 inuitaret, ab Ottone Comite Palatino à
 Wittelspach / ex improviso occiditur. Die
 22. Iunij, Vnde hi versiculi extant.

0 3

Anni

*Anni milleni, bis quattuor atq³ ducenti
Extant, quando pius Rex occidit ense Philippus.*

*Cadaver Bambergæ sepultum est, iuxta
Henricum Sanctum, Fridericus Secundus
inde Spiram transtulit.*

**RODOLPHVS HAB-
SPURGENSIS CO-
MES.**

*Cuius familiam ducunt aliqui à Gun-
trano Aldenburgensi Comite, circa annum
950. cuius nepos Rupeto arcem Habspur-
gensem, in Agro Tigurino, primus extru-
xit, unde nomine mutato pro Aldenbur-
gensibus, Habspurgenses dici voluerunt.
Atq³ inde originem suam traxit domus Au-
striaca, quæ aliquot seculis feliciter Imperio
Romano præfuit. Is in itinere Spiram ver-
sus obiit in Hermesheim / oppido ad ripam
Rheni, 18. Calend. Augusti, anno ætatis 74.
Regni 18. Sepultus Spira cum tali Epitaphio
seu inscriptione:*

ANNO

ANNO DOMINI M. CC. LXXXI,
PRIDIE CALENDAS OCTOBRIS,
OBIIT RODOLPHVS REX.

Huic Rodolpho successit in Imperio Adolphus Comes Nassavius, qui, quod ab Episcopis regebatur, dictus est Pfaffenfönig. Interfectus in acie, manu Alberti Austriaci filij Rodolphi, cui per fraudem Episcopus Moguntinensis Imperium eripuerat in Electione, Anno 1298. ad Sextum Nonas Iulij, cuius sepulchrum Spira cernitur, prope Alberti monumentum, de quo hi versus extant:

*Anno milleno, trecenteno minus vno,
In Iulio mense Rex Adolphus cadit ense,
Per manus Australis processit machina talis.*

FRIDERICVS SE-
CVNDVS.

Anno M. CC. L. Fridericus Secundus Imperator veneno sublatus, instinctu Papa, discessit in Palestinam contra Sarracenos & Turcas dimicans, etatis anno 54.

O. 4. cuius

*cuius cadauer, ut quidam scribunt, ex vr-
be Hierosolyma Tyrum, vel ut alij Panor-
mum translatum, & sepulchrum ibi condi-
tum est, cum hoc Epitaphio:*

*Si probitas, sensus, virtutum gloria, census,
Nobilitate orti possent obsistere morti,
Non foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.*

Das ist.

*Wenn frömigkeit/wis/ tugent vnd Gold/
Vnd gros Geschlecht einen helfen
Wider den tod / so were fürwar (solt/
Keiser Friderich die stunde noch dar.*

Iste Fridericus scripsit ad Papam.

*Roma diu titubans longis erroribus acta,
Corruet & mundi desinet ille caput.*

Cui Paparescripsit.

*Niteris in cassum nauem submergere Petri
Fluctuat, at nunquam desinet esse ratis.*

FRIDERICVS.

*Fata volunt stelleq₃ docent, auiumq₃ volatus,
Quòd FRIDERICVS ego malleus orbis ero. }
Papa.*

P A P A.

*Peccata volunt, scriptura docet, peccata loquuntur,
Quod tibi vita brevis, pœna perennis erit.*

MARCHIO FRIDERICVS.

*Anno Christi M. CCC. VII. Mar-
chio Fridericus Misnia & Lusatia Domi-
nus frater Titzmanni (qui eo ipso anno
Lypsiæ in Templo à Sicario interfectus fuit)
cum contra Philippum Nassouium, Caesaris
Adolphum prefectum in aciem prodire vel-
let, dixit ad suum Armigerum, cum galeaci
aptaretur. Bind heut auff drey Land/oder
keines. De quo extant hi antiqui Rhythmi.*

*Heut binde ich auff Meissen/
Türingen vnd Pleisen/
Vnd alles was meiner Eltern ist gewart/
Gott helffe mir auff dieser fart/
Als wir für Gott recht haben/
Also ritt er an die Schwaben.*

Obyt anno Christi 1326.

TITZMANNVS

PRINCEPS SA-

XONIE.

O. S.

TITZ

Titz ego sum MANNVS, me olim genuere
parentes,

Albertus Princeps, Margaritæ atq; pia
Imperium titulumq; dedit Thuringia nobis,
Marchia Lusatiæ Misnia & ipsa potens.

Quæq; patet vetus est planis Libunotria campis,
Et quæ montano flumine PLISNA lauat.

Frater erat Fridericus, item Mauortius heros.

Pro patria mecum prælia dira subit.

Nam superare datum est nobis victricibus armis
Boemiæ populos, Saxoniamq; Duces.

Marchio me Brenburg Uualdemar nomine dictus,
Agmine deuictus vincula nostra tulit.

Ascanius Princeps cecidit quoq; cuspide nostra,
Sed vitam supplex hic miser emeruit.

Romulidum reges Albertus, Adolphus & alter,
Non poterant nostras frangere Marte manus.

Viribus o pietas, nostris sed terga dederunt,
Cæsareis opibus tunc ego diues eram.

Innumeri & nostro cæsi sunt ense Sueui,
Audentes patrios sollicitare Deos.

Omnia sic vici, durum sed vincere fatum

Non potui, Lachesis quod dedit atra mihi.

Obijcit illa mea o crudelis pectora ferro,

Dum steteram incautus in medio Ecclesiæ.

Sic victor victus cecidi virtute triumphos

Et laudes meritas non rapit vlla dies.

Obijt 8. Cal. Ian, Anno 1380.

EPI-

EPITAPHIUM

LAUDATISSIMI PRIN-

cipis tale legitur in Eysnack / ubi se-
pultus est, in paruo sacello
extra urbem.

Ecce Fridericus cultor virtutis, amicus
Pacis, conditur hic, stirps imperialis & illic,
Fulgeat iste pius Marchio Landgravius.

Fuit hic Fridericus filius Alberti Landgra-
uü Turingici adulteri, qui cum coniugē ma-
trem huius Friderici & Titzmanni, filiam
Friderici Secundi Imperatoris interfici mā-
dasset mulioni suo, atq; illa intellecto hoc
sui Domini & pessimi mariti mandato, au-
fugere cogitaret, vesperi sese dimissura ex
arce Eysnack / in qua habitabat hic Alber-
tus, hunc Fridericum paruulum adhuc arri-
puit ex ingenti dolore & ardenti sōgryā
eiusq; genam admordit, ita ut vulnus in
gena faceret, cuius cicatrix in gena eius
mansit. Vnde Fridericus cum admorsa ge-
na appellatus est. Stirpem Imperialem au-
tor vocat matrem huius Friderici, qua Fri-
derici

derici II. Imperatoris Filia fuit. Mortua est post biennium Francofordia ad Mœnum, quo ab Abbate Hersfeldensi, in curru auecta est, calamitates varias & immeritas optima Domina experta.

ALBERTVS AVSTRIACVS CÆSAR.

Anno M. CCC. VIII. ALBERTVS CAESAR AVSTRIACVS à fratris filio Iohanne consilio & opera Baronum, D. RODOLPHI à VVART. & D. VLRICI à Balm non procul à Rheno inter Risum Arulaniq; amnes, interficitur, Vnde hi versiculi:

*Annis completis octo cum mille trecentis,
Rex est Albertus gladiatorum morte peremptus
Mense Maio, Iacobi Festo, sanctiq; Philippi.*

FRIDERICVS SEVERVS.

Fridericus, Friderici Marchionis filius dictus Seuerus, Landgravius Thuringia, Obijt anno 1349. Vnde hi versiculi.

Pestis

*Pestis regnavit, plebis quoq; millia stravit,
 Insolitus populus flagellat se semi nudus,
 Contremuit tellus populusq; creatur Hebraeus.
 Inclytus atq; pius Princeps obiit Fridericus,
 Fit terræ Dominus Fridericus filius eius.*

*Eo anno pestis atrociter sæviit, ita,
 ut in Neusetz propè Erfurdium, undecim
 in foveis 12000. cadauera sint sepulta iuxta
 hos versiculos:*

*Mille trecentis, decies quivis simul annis,
 Hic hominum necifex locat acer millia bis sex.*

LVDOVICVS BA- VARVS.

*Anno Domini M. CCC. XLVIII.
 (hoc est anno proximo post electionem C A-
 ROLI Quarti) Cesar LVDOVICVS
 BAVARVS s. Idib. Octob. veneno subla-
 tus est à vidua Alberti Austriaci, cum qua
 familiarius consueverat.*

De quo isti Versiculi extant.

Mortuus est anno milleno C. triplicato
 Cesar septeno Fridericus & in Quadrageno,
 Octo-

*Octobri mense, nullo laesus tamen ense,
Annis ter denis regnum tenuit bene lenis
Et tribus, ut fatur, dum tempus ei numeratur.*

**FRIDERICVS
BRVNSVICEN-**

SIS.

*Anno M. CCCC. in locum VVence-
lai Caesaris Sardonapoli, Electores elegerunt
Imperatorem, sapientissimum Principem
Brunsvicensem D. Magni filium, Sed is
per insidias Maguntinensis praesulis à Co-
mite VValdech, cum Francofurtum susce-
pturus Imperium proficisceretur in saltibus
Hassiatis est interfectus. De quo crudeli ho-
micidio extant hi versus:*

Regula non ficta, nequam Maguntia dicta,
Germen Pilati nunc denuo viuificati,
Sicut dum vixit, iterum Christum crucifixit,
Nam Ducem stravit Fridericum, qui quasi David
Brunswig protexit gentemq; suam bene rexit,
Transtulit ad Christum Respublica dicitur istum,
Pro qua perrexit, Franckfurt heu tunc sibi textit,
Traditio vestem, quem mortis postea testem

Nequi-

Nequiter inflixit, prope Fritzlär vulnera fixit,
 Heu, heu, heu, miles, miles validissimus ille
 Cernitur ipse fuga, qui sepius ardua iuga
 Belli contriuit, spes est, quod in æthere viuit.
 Nunc iacet in crypta, de quo sunt talia scripta:
 FRE fremit in mūdo, DE depromit alta profundo,
 RI, rigidam flectit, CVS cuspide mucroq₂ plectit,
 Viuat vt in cælis Dux inclytus ille fidelis,
 Optet ei quisquis, qui scriptis condidit istis.

SIGISMUNDVS.

Anno M. CCCC. XXXVII. Cesar
 SIGISMUNDVS obiit Suoinie Mora-
 nie oppido, translatus Varodium in Vngar-
 riam, ibiq₃ sepultus cum hoc Epitaphio:

CÆsar & Imperium tuus en ego Roma sacratis
 Rexi, non ense, sed pietatis ope.
 Pontificem summum feci spretis tribus vnum,
 Lustravi mundum schisma negando malum.

Huius Sigismundi dictum inter cætera
 fuit: Nescit imperare, qui nescit dissimu-
 lare. Item, Assentatorem odii instar pe-
 stis.

Tempore huius Cesaris combustus est
 Iohan.

IO HANNES HVSS Constantie anno Christi 1417. 8. Iulij, sub Papa Alexandro, Comburendus dixit ad hostes Pontificios: Nunc comburitis Anserem, (se intelligens, nam Huss lingua Boemica anserem significat) sed post centum annos surget olor, quem non comburetis. Hac Prophetia completa est in MARTINO LUTHERO, qui annis ab eo tempore exactis centum, Anno 1517. VViteberge contra Papae indulgentias docere & disputare cepit. Hoc tempore vixit Iohannes Zischa, fortissimus Dux contra Sacerdotes Pontificios cuius hoc est Epicedion.

Iohannes Zischa nulli Imperatorum & Ducum rei militaris peritia inferior, superbia simul & auaritia clericorum vltor patriaeq; acerrimus propugnator hic iaceo.

Iussit hic Zischa, moriturus cadaueri suo pellem detrahi, & ex ea tympanum fieri, eoq; Duce bella geri, arrepturos fugam hostes, quam primum eius tympani sonitum audierint. Obijt anno 1427.

EPI.

EPITAPHIVM

ILLVSTRISSIMI PRIN-
cipis, D. IOHANNIS FRIDERI-
CI, Ducis Saxonie Electoris, qui Iena
obiit, ibiq; sepultus est, anno 1553.
3. Martij, aetatis 51.

Saxonici Ducis hic celebrati membra quiescunt,
Cui clarum nomen Ian. FRIDERICVS erat.
Qui pia doctrina curavit semina spargi,
Qua videt Arctoum Saxonis ora latus.
Iustificaq; fide capiens tua munera CHRISTE
Syncera coluit cum pietate DEVM.
Sic etiam patriam iusto moderamine rexit
Exemplum vt posset Principis esse boni.
Et quanquam bello cessit tibi CAROLE moto,
Induerat pietas attamen arma Duci.
Ergo DEVS praesens euentus lenijt ipsi,
Ac intertextit mille pericla virum.
Maioremq; tulit fidei constantia fructum
Dextera quam victrix tum periura fuit.
Vt Daniel captus patriae plus profuit exul,
Quam si gessisset bella cruenta domi:
Hic etiã postquam CHRISTI bonitate reductus
Ad patriae redijt limina chara suae.
Voce sua pacis fuit autor, debita tantis
Pro meritis ipsi gratia semper erit.

P.

Ac

*At nunc ornatus patriæ cœlestis honore
Colloquio fruitur, Maxime CHRISTE, tuo.
Summe DEVS tu das solus felicia regna,
Saxonicos igitur protege quæso Duces.*

EPITAPHIUM
PRINCIPIS MAURICII
Ducis Saxonie Electoris.

Magnanimi busto MAURICII Principis
De septem sita sunt vnus ossa viris. (isto,
Subq; hoc depositum requiescit marmore corpus,
Inuicti solo condita membra Ducis.
Qui vestigia maiorum per auita suorum
Virtutis gradiens & pietatis iter.
Ipse sibi pulchræ peperit noua nomina laudis,
Et studuit proprium conciliare decus.
Ergo hoc non alius magis excelso tulit vllus
Afflictis patriæ pectore rebus opem.
Aduersatorem hunc metuit vis impia solum,
Inceptis metuit fraus violenta suis.
Præsidio fuit hic populis Germanidos oræ,
Et quasi Teutonice firma columna domus.
Terror ab hoc etiam Turcis est additus, illum
Externi solum pertimere Ducem.
Nunc dum conatur patriæ succurrere fessæ,
Et contra hostilem vim parat auxilium.

Ipsè

Ipse cauet minus incerto se credere Marti,
 Heu dolor, accepto vulnere laesus obit.
 Victor obit pulsus & stratis hostibus, atq;
 Heu rursus dolor in castra reuersus obit.
 Sed tua MAVRICI clari decora alta triumphi,
 Laudis & extinguet nomina nulla dies.
 Perpetuo viues, nam nescit funera virtus,
 Nec pereunt fortis strenua facta manus.
 Aeternum viues terræ Germanidos Heros,
 Iuncta recens stirpi gloria Saxoniae.
 Inq; tuus Christo post multa pericla laborum
 Spiritus aetherae dona quietis habet.
 Cui tua religiosa fides te tradidit atq;
 Conuersae illius numina sancta preces.
 Magne vale patriæ decus & protectio Princeps
 Et reliqua accisis rebus adempta salus.
 Splendida te celebrat studiorum fama bonorum,
 Nec tacet ingenuæ Musicus artis honor.
 Et tua fronte tuum cingit Parnaside semper
 Pallidioq; virens germine Ruta caput.
 Te locus atq; ætas nunc admirabitur omnis,
 Candidus & titulos rumor vbiq; vehet.
 Illustrissime salve heros, salve optime Princeps
 Inuicte, ô salve Dux patriæq; pater.
 O salve atq; vale, te nunc laudabit & hostis,
 Et mala felicem deseret inuidia.

Indicatio anni mortis.

TeVtoniCas sVror Vt tVrbabat sæVlter oras
 MAVRICIVS PRINCEPS VICTOR & ICTVS
 oblt.

Scribit vir doctissimus Ioachimus Ca-
 merarius, De immatura huius optimi &
 clarissimi Principis morte, inter alia: Quan-
 quam omnes res, quæ necessitatem habent,
 tristes esse solent, & feruntur grauitè, cum
 tamen DEO moderante sortita esse
 hunc finem negocia illa (quæ maiora para-
 bantur à fortissimo Principe) iudicandum
 sit, æquo animo patiamur hoc incommodum
 atq; damnum, & repetamus animis oracu-
 li paululum mutatum versum, quem Cice-
 ro est interpretatus.

SIC FVIT VTILIVS FINIRI
 IPSIQVE ALIISQVE.

Pres

PRECATIONES ALI.

QUOT PIAE CONTRA TER-
rores mortis, & tristitiam
Spiritus.

Quid mors? quid Satanas? poterit nocuisse quid
orcus

Credenti in Christum, non dubitante fide?

Victor hic est mortis, Satanae est hic Victor &

Hunc contra Dominum nil valuisse potest. (orci,
Huic ergo Domino moriens te trade potenti,

Et recta letus Caelica regna petes.

Sic Simeon petijt letus, sic Paulus Olympum,

Martyres & omnes sic petiere pii.

Gaudia vbi capiunt, cum Christo, caelica leti

Inter caelestes angelicosq; choros.

Gaudia non oculus quae vidi t, nulla vel auris,

Audiit, & cor non introiere hominis.

Ex Psalmo 42.

Cur anima es tristis mea? te cur nocte dieq;

Excruciant curae, sollicitatq; dolor?

In Domino spera, non hic te deseret vnquam,

In gnato clemens est tuus ille pater.

Nunquid, ait, sobolem proprij obliuiscitur alui

Atq; potest mater deseruisse suam?

P 3

Si

*Si tamen hæc quondam crudelis deseret illam,
Non ego te potero deseruisse, pater.*

Homo pius ad seipsum.

NE sis sollicitus, tua sit spes vnica Christus,
Nullum qui poterit deseruisse pium.
Omnibus hic mitis promittit dulce leuamen,
Quicumq; ærumnis corda grauata gerunt.
Nemo odit propriam carnem, sed amariq; fouetq;
In gremio, vt mater pignora cara fouet.
Ergo ne dubites vero te pectore Christum
Amplecti, cuius carnea membra gerit.

Pro remissione peccatorum.

Poenitet ab toties ego quòd tua numina lædo,
Sis mihi placatus, te pie Christe precor.
Tu fesso dona requiem, gratumq; leuamen
Delicti, veniam, qui tibi fidit, habet.
Qui gestas nostro sumptam de sanguine massam,
Cura tibi semper, verus amorq; sumus.
Morte tua indigna, seu nos morte redemptos
Ad Regni transfer gaudia vera tui.

Alia.

ALIA.

GNate D E I nostram nostri qui motus amore
 Sumpsisti massam Virgine natus homo.
 Sis mihi placatus, mea dele crimina, patri
 Factus pro nobis victima grata tuo.
 Sæpe tuum grauius noxis offendo parentem,
 Sed veniam spero nomine, Christe, tuo.
 Qui mihi confidit, dixisti, pectore toto,
 Gaudia me propter vera salutis habet.

AD DEVM PATREM.

Qui Pater es miseris celsi moderator Olympi,
 In cunctis serua meq; tuere malis.
 Est mea donandæ mens anxia sæpe salutis,
 Et dubitat patria de bonitate tua.
 Non tamen extingues prorsus fumantia lina,
 Nec franges calami fragmina tota pater.
 Hoc rogo te propter charum, Pater optime, Gnatũ
 Qui tibi pro nobis victima grata fuit.
 Qui tibi in ætherea residens modo proximus arce
 Fundit pro nobis vota precesq; pias,
 Cui potes oranti, patrio commotus amore,
 Non quicquam gnato, sancte, negare pater.

AD FILIUM.

Stygius ^{hoi} passim circum nos hostis auerni,
 Quem voret inquirens, ceu leo sæuus oues.
 Hunc hostem contra cacodæmona, Christe, ferocem,
 Non quisquam nostrum, te sine, tutus erit.
 Dæmonis ô Victor, nos ergo Dæmona contra
 Defende & cunctis nos tege, Christe, malis.

AD SPIRITUM SAN-
CTUM.

Spiritus alme DEVS animis illabere nostris,
 Afflatu accendens pectora nostra tuo.
 Saluifica in nobis confirma oracula Christi,
 Inq; malis gratam ferto salutis opem.
 Absq; tuo nihil est in nobis numine faustum,
 Mensq; caret vera cognitione DEI.
 Ergo tu nostras cœlesti luce tenebras
 Illustra & motus cordibus inde bonos.

SIGNVM VERI ET AR-
 DENTIS AMORIS DEI ERGA
 humanum genus, Missio in carnem
 & Mors Filij DEI.

Æternus vero nostri succensus amore
 Ætherea gnatum, misit ab arce DEVS.
 Gnatus

Gnatus vt hic nostro pro crimine victima pendens
 Solueret in ligno, massa cruenta λύτρον
 Quanta sit ira DEI nos contra, quantus amorq;
 Testatur gnati mors truculenta DEI.
 Summus amor nostri diuinus lucet in illo,
 Gnate DEI nostrum quod luis ipse scelus.
 Hoc quicumq; fide statuit, certam ipse salutem
 Consequitur, iustus non dubitante fide.

QVERELA DE CORRUP-
 ptione humane nature, per peccatum.
 Roma. 2. & consolatio.

SVM corrupta satus corrupto massa parente,
 Et coram summo nil nisi culpa DEO.
 Est mens caeca mihi, prauum cor, praua voluntas,
 Nilq; mei sensus integritatis habent.
 Quod volo, non facio ipse bonum, quod nolo sed il-
 Hic cupio in felix, hei facioq; malum. (Iud,
 Hei mihi solamen? quæ spes mihi certa salutis?
 Ecquis me tantis eripietur malis?
 Tu mihi Gnate DEI, spes es, miisime IESV,
 Qui mihi solamen fersq; salutis opem.
 Tu generis sumptam nostri sine crimine massam
 Gestas, vt soluas debita λύτρον Patri.
 Assumpsti nostro fragilem qui sanguine massam,
 Massam qui poteris deseruisse tuam?

P S

PRO-

PROSPER DE FV

*gacitate vite humane & rerum
humanarum vanitate.*

Divitijs flores, & maiorum nobilitate
te iactas, & exaltas de patria, & pul-
chritudine corporis, & honoribus, qui tibi
ab hominibus deferuntur, Respice
quia mortalis es? & quia terra es, & in
terram ibis, circumspice eos, qui ante si-
milibus splendoribus fulsere, ubi sunt?
quos ambiunt civium potentatus? Ubi
insuperabiles Imperatores? Ubi qui con-
ventus disponebant, & festa? ubi equo-
rum splendidi nutritores? Exercituū du-
ces? Satrapæ? Tyranni? Non omnia pul-
vis? non omnia favilla? Non in paucis os-
sibus eorum vitæ memoria est? Respice
sepulchrum, & vide, quis servus, quis
Dominus, quis pauper, qui Duces? Dis-
cerne, si potes, victum à rege, fortem à
debili, pulchrum à deformi, &c.

DE

DE IIISDEM VERSVS
antiqui.

Si tibi pulchra domus, si splēdida mensa, quid inde?
 Si species auri, argenti quoq; massa, quid inde?
 Si tibi sint nati, si prædia magna, quid inde?
 Si fueris pulcher, diues, fortisq; quid inde?
 Si longus seruorum inseruiat ordo, quid inde?
 Si doceas alios in qualibet arte, quid inde?
 Si videat mundus tua prospera facta, quid inde?
 Si Prior, aut Abbas, si Rex, aut Papa, quid inde?
 Si felix annos regnet quis mille, quid inde?
 Si rota fortunæ te tollat ad astra, quid inde?
 Tam citò, tam citò prætereunt hæc, Ut nihil inde.
 Sola manet virtus, quæ glorificabitur inde.
 Quid fortasse voles in tempore, quo morieris,
 Hoc facias iuuenis, dum tempore sanus haberis.



CON

CONSOLATIO PIO-
RVM IN MORTE ET
alijs calamitatibus.

Plorum firmissima consolatio est in omnibus afflictionibus & ærumnis, inopia, morbis contagiosis, pestilentia, vastitatibus Politiarum & Ecclesiæ Tyrannorum furoribus, & in ipsa morte, Deum omnipotentem esse, eumq; sustentatorem & defensorem, & quasi vmbra- culum nostrum esse, & nihil nobis incommodi accidere posse, ab vlla creatura, contra paternam voluntatem DEI. Sicut inquit Apost. Roma. 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Item, Ipse Dominus dicit Matth. 10. Vestri etiam capilli capitis omnes numerati sunt. Non igitur metuatís.



EPI.

EPITAPHIA ALI-
 QVOT LVNEBVRGICA,
 SVpra OMISSA, HIC AV-
 tem in calce libelli addita.

CARMEN CONSOLATO-
 rium ad clarissimum & doctissimum virum
 D. Hinricum Borcholdum L. L. Doctorem
 in obitum filioli eius, qui in lucem edi-
 tus, 3. Decemb. eadem statim
 die obiit anno 1574.

Repserat è claustro tibi vix vxoris amatae
 Filius, angelico iungitur ille gregi.
 Desine, quem velut immaturo funere raptum
 Flere, Abrahæ recubans dormiat ille sinu.
 Anné loco inuideas illum meliore locatum?
 Pro terra huic cælum, proq; labore, quies:
 Pro patre mortali accessit pater ille perennis,
 Quod potius lacte est nectar & ille bibit.
 Tu Borcholdiacæ stirpis clarissime Doctör
 Pectore tristitiam nunc remoueto tuam.

AVTOR.

Paruulus egregia puer hic fuit indole natus,
 Lanificæ subitò hei quem rapuere Dec.

Hos

Hos elegos patri mœrenti fecit amicus,
 Ne nimium gnati morte dolere velit.
 In Domino summa Doct̃or pietate quieuit,
 Mœstitiam & inter lenijt ipsa suam.
 Ergo Deus fecit præstanti hos prole parentes
 Prole, est quæ patriæ spes generisq; sui.
 Statur hanc inter præcellit mente beata
 Quem Pylios serues te rogo CHRISTE dies.

EPITAPHIUM HENRI-
 CI ELEBECHII, Correctoris quon-
 dam Scholæ ad S. Michaelem, qui
 obiit anno 1561, 28. Au-
 gusti.

Siste gradum Lector, nostris tua discito fata,
 Terra quod est limus, puluis & umbra leuis.
 Sic ego qui quondam patria celebrabar in vrbe
 Leucorea, & doct̃is notus in vrbe fui.
 Hic iaceo puluis gelida tumulatus arena,
 Turpibus hei factus vermibus esca putris.
 Talis eram viuus, celso nunc lætus Olympo
 In Christi capio gaudia vera sinu.
 Exuijs donec mea mens societur ab alto
 Cum venies, summo spes mea Christe die.

EPI-

EPITAPHIUM GEOR-

gij Steni Cytharadi Luneb. quondam cele-
berrimi, erectum in lapide in templo

D. Marie Virginis, qui obiit

anno 1571. 29. Maij.

STenius hic recubat testudine ludere doctus,
Cui peperit nullum Teutona terra parem.

Cum moriebatur Musæ Charitesq; gemebant

Tristis & abiecta, flebat Apollo, lyra.

AST Dii riserunt, quoniam mortalibus ante,

Summo dulce melos nunc carit ille DEO.

EPITAPHIUM D. CA-

spari Corneri Luneb. Conciona: ad S.

Lambertum, qui obiit anno

1570. 3. Ianuarij.

CAsparis hoc tumulo Corneri membra quiescunt
Mens capit ætherio gaudia vera polo.

Sedulius hic præco sonuit pia dogmata Christi

Præluxit populo moribus atq; pijs.

Plurima cum sacra explicuisset dicta disertus

Ultima in hoc Christi concio dulcis erat.

Matth. II.

Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis,

& ego reficiam vos &c.

[Qui

Qui vos cunq³ estis noxarum mole grauari,
 Et quos offensi pragrauat ira. D E I,
 Ad me non dubio properantes corde venite,
 Omnibus oppressis mite leuamen ero.

EPITAPHIUM IOHAN-
 nis de Molen, Ciuis & Mercatoris honesti
 & opulenti Luneb. qui obiit anno
 74. 24. Septemb.

Ianus in hac celebris de Molen ciuis arena
 Ossa fouet summo viuificanda die.
 Mercatu Arctoio vir erat celebratus in oris,
 Gambriuia es testis tuq³ Lubeca simul.
 Munere diuino vicena prole beatus,
 Prolifico coniunx quam dedit vna viro.
 Multam hoc cur pauci generent dic tempore prole?
 Corpora nunc luxus languidiora facit.
 Vir tandem multis curis confectus & annis,
 Hoc condi iussit membra soluta solo.
 Spiritus ætherio cum Christo gaudet Olympo,
 Inter cælestes angelicosq³ choros.

EPITAPHIUM IOHAN-
 nis Zegeri, ciuis quondam Luneb.
 honesti & eruditi, qui obiit
 anno 1555.

Hic

Hic sua Iohannes gelida Zegeus in vrna
 Ossa fouet, melior pars colit astra poli.
 Cuius erat Phœbes cunctis hic carus in vrbe,
 Doctrina præstans consilijsq; bonus.
 Inter erat quoties ciues sententia discors,
 Hic nouit mentes conciliare breui.
 Sedulus audiuit diuina oracula Christi,
 Et iuuit multum vir pietatis opus.
 Tempore quo vetus est mutari capta per urbem
 Relligio, cultus constituiq; noui.
 Huius adhuc natæ celebrantur in vrbe, iugali
 Eximij iunctæ fœdere quinq; viris.
 Filius has præter Flensburga doctus in vrbe
 Artes ingenuas cum pietate docet.
 Hunc tu Gnate D E I Pylios seruato per annos,
 Est qui Pierij fama decusq; chori.

EPITAPHIUM IOHAN-
nis Lutterlo Telones Princip. Lunebur: in
vrbe Luneburga viri pij & honesti, qui
obijt anno 73. Kalen: No-
uembris.

Ecquis in hoc tumulo quæris sua condidit ossa
 Hic pia qui spectas & pia busta legis
 Hic recubat Iannus Lutterlo carus in vrbe
 Phœbea cunctis qui bonitate fuit.

Q

Na us

Natus erat pago Lutterlo, Caesaris ortum,
 Quem referunt celebrem nobilitasse locum.
 Tempore qui longo Cellana vixit in aula
 Principibus carus nobilibusq; viris
 Principis hic factus Phœbea est vrbe Telones,
 Qui Domini illustris munere fidus erat.
 Sustulit hic sobolem sexus vtriusq; relicta,
 In patria cuius fama decusq; vigent.
 Ianus habet patris munus, præco est Ioachimus
 Gorgus & Hinricus cuius vterq; bonus.
 Riklia connubio pia docto est iuncta Magistro
 Henning, qui Christi pascit in vrbe gregem.
 Vir fuit hic Ianus veræ pietatis amator,
 Doctorum & fautor, Pieridumq; chori.
 In Domino tandem curis confectus & æuo,
 Excessit vita non dubitante fide.
 Ossa fouet tumulus, melior pars viuit in astris,
 In Christi capiens gaudia vera sinu.

EPITAPHIUM PAULI

Eleri, Iuuenis præstantis virtute & inte-
 gritate Luneb: qui obiit anno 1578.
 Calend. Decemb.

HEi passim rapiunt Parca iuuenesq; senesq;
 In mundo quorum maximus vsus erat.
 Sic rapuere Deæ quoq; te carissime Paule,
 Annos qui Pylios viuere dignus eras.

Hic

Hic erat innumeris expertus rebus & usu
 Vita quod est multis *Aulica plena malis.*
 Ergò se nuper, vitæ pertæsus in aulis
 Exactæ ad patrios contulit inde focos.
 Viucret hū curis semotus pace quieta,
 Disceret & melius dogmata vera Dei,
 Atq; sibi sociam vitæ coniungeret annos
 Qua cum prolificos duceret ipse suos.
 Asti manibus cuius nostræ sunt tempora vitæ,
 A prauo hunc subito sustulit erbe *DEVS.*
 Hoc gelido placidè requiescunt ossa sepulchro,
 Pars melior Christi gaudet ouatq; sinu.
 Sic pater Hinricus fuit huius carus in vrbe,
 Multum qui iuuit religionis opus.
 Dogmata sunt Christi pia cum reuocata per orbem
 Deiecta & Latij dogmata falsa patris.
 Obijt anno 41.

EPITAPHIUM GERMA-
nicum Iasparris Bussou, ciuis & mercatoris
celebrati Louuenburg: qui obiit
anno 1578. 8. Ianua.

Hier begraben leid woll befand/
 Jasper Bussow im gansen landt/
 2 2 Im

Im HErrn entschlaffen seliglich/
 Sein Seel lebt bey Gott ewiglich.
 Der Leib ruhet ist in der Erd/
 Bis in der HErr erwecken werd.
 Vnd ziren in mit herrligkeit/
 Welchs allen Christen ist bereidt.
 Wenn er nu vom Himmel herab/
 Kommen wird an dem Jüngsten tag.
 Auff Erden bleibt sein guter Nahm/
 Denn Er jederman wol gethan.
 Auffrichtig im handel allezeit
 Gewesen mit bescheidenheit.
 Seinem Herrn trew vnd hold allzeit/
 Einem jeden zu dienen bereidt.
 Ein guter Nahm in dieser Welt/
 Vbertrit / Gewalt / Gut / vnd Geldt.
 Drumb schick dich Leser hier also /
 Das du auch seist im Himmel fro.
 Vnd habst ein guten Nam auff Erd /
 Nicht mehr dir nachm Todt folgen
 werdt.

AD

AD LECTOREM A.

Ultima praeierit supra quae fata libello,
 Postrema hoc retulit nostra Thalia loco.
 Id meruit virtus, meruit pietasq; celebris,
 Inter & hoc claros ut canat illa viros.
 Te verò Lector moneant tot fata virorum,
 Quòd quoq; sit quondam mors obeunda tibi.
 Ut cecinit Flaccus fatali carmine vales,
 Unda scilicet omnibus (Stygia)
 Quicumq; terrae munere vescimur,
 Enauiganda, siue Reges,
 Siue inopes erimus coloni.

Ergo.

Viue memor mortis, reparata viue salutis,
 In regno ut viuas post tua fata DEI.
 Hoc da CHRISTE, tua nobis qui morte cruenta
 Es meritis vitae gaudia vera nouae.

D. 3

Trost

Trostschrifft
AUTORIS, vor die / so
 jr Vatter / Mutter / Gemal / Kin-
 der / Vnd guthe freunde abgestorben sein /
ad virum praestantem D. Georgium Elerum
ciuem Luneburg. Illustriss: Principis D.
FRANCISCI Senioris, Ducis Louen-
burgici Consiliarium, eiusq; piam inprimis
& honestam coniugem, Script: Anno
1580. 8. Ianuarij, quo socer
Iaspas Buffow obiit.

En rechter Christ soll halten mas /
 Nicht trawren / klagn ohn vnterlas.
 Wenn im gleich abgestorben sind /
 Vater / Mutter / Gemal oder Kindt.
 Vnd sich nicht halten wie ein Heidt /
 Der nichts von Gott helt noch ver-
 Der weinet / schreit / heulet vnd klagt / (steit
 Vnd ist als ganz vnd gar verzagt.
 Wenn im abgestorben ist ein freund /
 Vñ Den nu nicht mehr bey sich find
 Fürcht

Süchtet sich selbst für dem Tode /
 Klaget stets/das er auch sterben mocht
 Aber ein Christ bracht dreierley /
 Welch machen in allr trübjal frey.

Das Erst/ ist Gottes befehl vnd will/
 Dem helt er im Creuz / Trübjal still/
 Dann Gott hat jedern fürgestelt /
 Wenn er soll scheiden aus dieser welt.
 Darumb spricht ja der heilig Job /
 Dem H. Erren sey preis Ehr vnd lob.
 Der hat gegeben vnd genomen /
 Was Ehr thut/kompt mir zu fromen.
 Also tröst sich ein rechter Christ /
 Dem ein gut freund abgestorben ist/
 Es sey Gottes will also gewesen /
 Dem kein Creatur soll widerstreben.

Zum Andern/ schleust er auch gewis
 Das sein freund nicht gestorben ist.
 Sondern er sey sanfft eingeschlaffen /
 Vñ wird am Jüngsten tag erwachen
 Vnd vns also denn wider schawen/
 Vnd sich mit vns in Gott erfrawen.

Ist also sterben der Christen gwin/
 Bñ kein trawren noch schaden darin
 Den wie der HErr Christ selber spricht/
 Wer mein Wort helt vnd glaubt an
 Der soll nicht sterben ewiglich/ (nich/
 Sonder sich freuen im Himmelreich
 So spricht der heilig Paulus sein /
 Lieb Brüder die jr Christen sein /
 Wollet nicht trawren halben deren/
 So entschlaffen sein in dem HErrn/
 Wie Heiden vnd vnchristen thun /
 Die keinen trost noch hoffnung han.
 Eines bessern lebens nach dieser zeit/
 Drumb sterben sie hin in traurigkeit.
 On all trost/freude vñ seligkeit/
 Sein vnd bleiben verdampft ewiglich.
 So wir aber glauben das der HErr Christ/
 Vor vns gestorben vnd erstanden ist/
 So wird vns Gott auch führen gleich/
 Mit im hinnauff ins Himmelreich/
 Da werden wir sein in ewiger freud/
 Des trösten sich all betrübte leude.
 Zum Dritten /denckt ein Christ also
 Es ist mein trawren vnd klagen io/
 Meie

Meinem freund itzund badlick nicht /
 Der nu Todt in der Erden licht /
 Dieweil er ist genomn von hir /
 Kan Er nicht wider komn zu mir .
 Ich mus aber im folgen nach /
 Wen kumpt meins lebens letzter Tag
 Drumb wil ich von trawren lassen ab /
 Vnd mich auch schicken recht zum
 Auff das ich auch seligen sterb / (grab.
 Vnd das Ewig leben ererb .
 Dis bedencket so ein rechter Christ /
 Dem sein gut freundt abgestorben ist .
 Also liebr Herr vnd Christlich Fraw /
 Wollet euch auch geben zur raw /
 Vnd messigen ewer trawrigkeit / (leid /
 In Christlicher gduldt vnd demütig-
 Bis jr ewern Vater Ewiglich / (reich .
 Wider schawen werdt im Himmel-
 Wenn nu vnser HERR IESVS CHRIST /
 Vom Himmel komē wirdt zum Gericht
 Das Er vergelt ein jedern nach seiner
 Er hab gethan gut oder quadt . (that /
 Hilff o gütiger HERR IESVS CHRIST /
 Der du allein vnser Heiland bist .

D 5 Das

Das wir hey dir im Himmelreich
 Sein vnd bleiben mügen ewigleich.
 A M E N.

AD PIVM ET CAN-
 DIDVM LECTOREM.

ETSI pie & candide Lector, omnino
 L iam editionem Epitaphiorum, quæ non
 parum multa collegi multis annis in utraq;
 Saxonia, & vicinis regnis, non sine impen-
 sis & labore, postponere decreueram,
 cum propter sumptus, quæ in editione illo-
 rum omnium erant faciendi non mediocres,
 tum propter diuersa quorundam de hoc no-
 stro instituto colligendi & edendi Epita-
 phia iudicia & censuras: tamen cum multi
 viri candidi & pietatis ac vetustatis aman-
 tes, rectiusq; de conseruanda Doctorum &
 benè meritorum de Ecclesia filij Dei, scholis
 & Rebus publicis memoria iudicantes, me
 ad editionem aliquot saltem Epitaphiorum
 adhortarentur, obtemperavi tandem illo-

rum pia & honesta voluntati. Illa igitur tantum Epitaphia, quæ in Saxonia boreali erecta, quædam etiam ab alijs & à me quoque scripta sunt, in publicam lucem proprijs sumptibus edenda curavi. Spero autem letitionem eorum omnibus pijs, inprimis verò illis familijs, quarum parentum, coniugum, liberorum fratrum, cognatorum & affinium memorie causa hæc consecrata sunt & scripta, fore non solum gratam, sed etiam honorificam & utilem. Atque sui etiam amoris erga me & munificentie edituros exemplum.

Equidem meipsum non mediocriter confirmo & sustento, in hac mea ingrauescente iam ætate, et canitie, cogitatione de communi omnium nostrum mortalitate & discessu ex hac vita ærumnosa & breui, de quæ subsequatur letitia in vita cælesti, in qua perfruemur unà ineffabili & dulcissima consuetudine & cõspectu totius Trinitatis, Angelorum, Patriarcharum, Regum, sanctorum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, & beatorum omnium. De qua beati.

iudi-

2^o dine, letitia & gloria ineffabili dicitur
 Esaiæ cap. 64: Quæ oculus non vidit, &
 auris non audiuit, quæ preparavit DEVS
 diligentibus se. Etsi autem pleraq; horum
 carminum non sint vena illa verè Poetica,
 ut Nasonis, & nostri temporis Poëtarum
 excellentium scripta & deducta, tamen
 spero eorum lectionem fore candidis & pijs
 omnibus gratam et utilem, maxime ad ex-
 citandam, ut diximus cogitationem de le-
 titia æterna & placida ex hac vita emigra-
 tione & de mortalitate communi, ad quam
 hortatur Syracides sub persona defunctorū
 cap. 14: Memor esto iudicij. Sic enim erit
 & tuum: mihi hodie, cras tibi. Quod di-
 ctum veneranda, etsi indocta vetustas, ita
 reddidit:

Vos, qui transitis nostri memores quoq; suis.

Quod sumus, hoc eritis, fuimus quandoq; quod
 (estis.

Cum igitur hæc corporalis vita mortalis
 sit, caduca, & incerta multisq; repleta mi-
 serijs, te fili DEI Domine IESU CHRI-
 STE, qui vita es nostra & longitudo die-

rum

rum nostrorum, toto pectore oro, ut Organa salutaria Ecclesie tuae, scholarum, politicarum, & Oeconomiarum omnium, quae hospitia praebent tuae Ecclesiae & scholis, ad laudem tui sanctissimi nominis, propagationem & conseruationem caelestis doctrinae & discipline honestae, contra furores Diabolorum & hostium omnium incolumes serues, defendas, regas, ac tuearis, ut tibi grata & multis salutaria diu faciant, & dicant. Largire etiam nobis pacem, defensionem & victum in regno tuo, hoc est, Ecclesia, donec mortui in te Domino nostro, & resuscitati in nouissimo die, transferamur in aliud regnum caeleste & aeternum, in quo, te monstrante, patrem tuum coram intuebimur, & causas omnium rerum & uniuersam sapientiam creationis & redemptionis in te conspiciemus. Nunc enim, ut inquit Organum tuum & vas electionis D. Paulus, ex parte tantum cognoscimus, & ex parte prophetamus, ad ubi venerit, quod perfectum est, tunc quod ex parte est, abolebitur. Cernimus enim nunc per speculum

lum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Et discipulus tibi dilectus: Charissimi nunc filij DEI sumus: & nondum apparuit id, quod futuri sumus, Scimus autem, quod si apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est.

D. BERNHARDVS.

SIC in hoc mundo viuere debemus, ut cum corpus cæperit à vermibus deuorari in sepulchro, anima latetur cum sanctis in cælo. Illuc Spiritus dirigendus est, quò est iturus. Illuc festinare debemus, ubi semper viuamus, & ubi mori amplius non timeamus. Vbi nullum laborè sustinebimus, ubi summa semper iucunditas, summa fœlicitas, fœlix libertas & fœlix beatitudo, ubi similes erunt homines Angelis DEI, & fulgebunt iusti, sicut Sol in regno patris eorum.

EPI-

EPITAPHIORVM
ET CARMINVM
huius libri Index.

Carmen ad Lectorem, N. Ch.
Lutherus de Epitaphijs
Carmen M. Iob Gigo. ad Lectorem.
Elegia Bergij ad Autorem &
Auctoris ad Bergium & Lectorem.
Epistola Dedicatoria.
Epitaphium IESV CHRISTI.
Carmen Auctoris.

CELLÆ.

Epitaphium.

Hinrici Ducis Brunsv: & Luneb.	1
Ernesti Ducis Brunsv: & Luneb:	2
Sophiæ D. Ernesti coniugis	ibidem
Friderici Ottonis Ducis Brunsv: & Lun:	3
Francisci Ottonis	ibid.
Urbani Rhegij Superintend.	ibid.
Martini Ondermarck Superint.	4
Thomæ Groien locum Tenentis	5
Balthazaris Clammeri Cancellarij	6

VVVLFFENBVTLIÆ.

Hinrici iunioris Ducis Brunsv: & Luneb.	7
Narratio de ijs, quæ tēpore obitus eius cōtigerūt	8
Precatio auctoris	9

Iohana

INDEX.

<i>Iohannis Stophleri</i>	10
<i>Iohannis Hefsi</i>	11
<i>Carmen Autoris.</i>	12

VERDÆ

Epitaphium.

<i>Christophori & Georgij Episcoporum</i>	13
<i>Iohannis ab Holle senioris</i>	14
<i>Elizabethæ D. Ioh: ab Holle coniug. lat. & ger:</i>	15
<i>Iohannis à Munchausen.</i>	18

LVNEBURGÆ.

In Templo S. Michaelis.

<i>Epigramma autoris.</i>	19
<i>Epitaphium Hermannii Biling germ:</i>	20
<i>Epigramma Autoris</i>	21
<i>Inscriptiones aliquot Principum veterum</i>	22
<i>Epitaphium Balduini Marenhold Abbatis</i>	23
<i>Herbordi ab Holle Abbatis</i>	24
<i>Catharinæ ab Heimbruch, D. Ioh. ab Holle con:</i>	25
<i>D. Antonij ab Holle eiusq; coniugis</i>	(iugis 26
<i>Hilmari à Munchusen.</i>	27
<i>Adolphi à Munchusen</i>	28
<i>Lauini de Medinge</i>	Ibidem
<i>Wilkini Kisleu</i>	29
<i>Iohannis Tutzenrad</i>	30
<i>D. Ilruw</i>	31
<i>Margarethæ Badendorp, D. Ilruw coniugis</i>	32
	Simo-

I N D E X.

<i>Simonis Bruns Pastoris</i>	<i>ibid.</i>
<i>Thomæ Maueri Pastoris eiusq; duarum coniugis</i>	33
<i>Ursulae Voitz & Margarethæ Lossiæ</i>	34

I N T E M P L O D. I O H A N N I S
præpositi decem.

<i>Iohannes à Mynda</i>	36
<i>Leonardus Lange</i>	<i>ibid.</i>
<i>Arnoldus de Heida Bremensis</i>	37
<i>Iohan. Barum Hannouer.</i>	38
<i>Iohannes Sartorius</i>	<i>ibid.</i>
<i>Iohannes Kollerus</i>	<i>ibid.</i>
<i>Iohannes Knust</i>	39
<i>Iacobus Schornacher</i>	40
<i>Hinricus Stapensen</i>	<i>ibid.</i>
<i>Hinricus Borchhold.</i>	41
<i>Versus veteres de incensa turri D. Iohannis</i>	<i>ibid.</i>
<i>Item Iohannis Springengut</i>	42
<i>De nono Senatu</i>	43

S U P E R I N T E N D E N T: V.

<i>Urbani Rhegi</i>	44
<i>Pauli Rhod</i>	45
<i>Christophori Hegendorph:</i>	46
<i>Friderici Henningij</i>	<i>ibid.</i>
<i>Iohannis Ekenbergij</i>	47

R

P A

INDEX.
PASTORES VI.

Casparus Rhomshagen	49
Guilielmus Sandphurd	ibid.
Dionysius Bredechar	50
Gerhardus Herberding	52
Iohannes Bertramus & eius filius.	ibid.
Hieronymus Herberding	53

Epitaphum.

IN NOSOCOMIO

S. Spiritus.

Cosmæ Brandes.	54
----------------	----

ERECTA.

Martini Gloden Syndici	55
Ludolphi à Dassel consulis	56
Hardeuici Stoteroggen consulis	ibid.
Leonardi Tobing Consulis	ibid.
Stephani Gerchen Syndici	57
Hardeuici Schomaker Conf:	58
Georgij Gloden Senatoris	ibid.
Nicolai Stoteroggen consulis eiusq; filia Margare- thæ	59
Fabij Ludeken Capitanei	61
Hermāni Tulichij, primi Reſtoris Scholæ Luneb:	62
Iohannis Bathelij I. Reſtoris	63
Georgij Dithmari	ibid.
Symbolum familiae εἰρηνοποιῶν εἰ ἐρατεινῶν	64

ALIO

INDEX.
ALIORVM CONSV-
LVM VIII.

Theodorici Elueri	65
Georgij Tobing	ibid.
Hinrici Garlop	66
Hardeuici Schomaker	67
Hieronymi VVitzendorph	68
Francisci à Dassel	ibidem
Francisci VVitzendorph	69
Georgij Lafferdes	70

SENATORVM XII.

Luca Molleri	72
Casparis Crogeri	73
Ludolphi Semmelbecker	ibid.
Nicolai Carsten	74
Alberti Elueri	ibid.
Georgij Schomaker	75
Nicolai Stueri	ibid.
Statij Borcholdt	76
Theodorici Doring	77
Francisci Dusterhop	78
Ludolphi à Dassel	ibid.
Nicolai à Zersted	79
stirps Zerstediana.	80

R 2

P A.

I N D E X.

PATRITIONUM VII.

Hinrici & Iohannis Garlop	82
Hardeuici Stotteroggen	83
Georgij à Dassel	84
Hardeuici Wuzendorph	ibid.
Hardeuici Schomaker	85
Iohannis à Dassel	ibid.
Ludolphi à Dassel Domini Ludolphi Consulis filij, defuncti Salseldie	86

EPITAPHIUM.

Iohannis Tobing	87
Iohannis Culemanni	88
Conradi Rudenij	90
Christiani Custeri	91
Valentini Becceri	ibid.
Wilhelmi à Bauenten	93
De morte Andreae Pistorij	94
De morte Eualdi Rentorphij & Iohannis Bruge- manni.	95

DOCTORES ET LICENTIATI ET MAGISTRI

Defuncti 7.	97
Vini 14. Ibid.	
Carmen Auctoris	99

ET I-

INDEX.

EPITAPHIUM

<i>Christophori ab Alefeld Holsati</i>	100
<i>Carmen Autoris ad Luneburgum</i>	101
<i>Carmen de pœnis damnatorum & præmijs beatorum æternis, lat & germ.</i>	102

LVNÆ COENOBIO SACRARVM VIRGINVM.

Epitaphium

<i>Lamberti Gemerani</i>	107
<i>Sigeberti Grungij</i>	108
<i>Emerentiæ Titleben</i>	109
<i>Oratio Morientis ad Deum germa.</i>	110

BARDEVVIGÆ.

Epitaphium.

<i>Iohannis Forsteri Cancellarij</i>	111
<i>Matthæi Ginderig Superint.</i>	112
<i>M. Ernesti Bock Superint.</i>	Ibid.
<i>Iacobi Schomacher Præpositi</i>	113
<i>Hinrici à Senden</i>	114
<i>Hermanni Ottonis</i>	ibid.
<i>Versus veteres de antiquitate Bardewigæ</i>	115
<i>Iasparis Bussow erectum Lowenburgi</i>	116

R 3

Hame

INDEX.
HAMBURGÆ.

<i>Inscriptio monumenti D. Alberti Krantz, eiusq̃ Epitaphium.</i>	117
<i>Iohannis Æpini</i>	118
<i>Stephani Kempen</i>	119
<i>Ioachimi Westphali Superint:</i>	ibid.
<i>Cyriaci Simonis Superin:</i>	120
<i>Petri Sprekelsen Consulis</i>	ibid.
<i>Hermanni Langwecke Doct̃.</i>	122
<i>Ioachimis Moller̃i</i>	123
<i>Conradi Penninck equitis aurati</i>	124
<i>Sepultura aromatoriorum</i>	128
<i>Ænigma, eiusq̃ Canon:</i>	129

LVBECÆ.

Epitaphium.

<i>M. Hermanni Bonni Superint:</i>	129
<i>D. Nicolai Bardeuigi Consulis</i>	131
<i>Antonij à Stiten Consulis</i>	132

IN DABERANA, MONA-
STERIO DVCATVS MEGA-
polensis

Epitaphium.

Pribis.

INDEX.

<i>Pribislai I. Vagriorum regis</i>	134
<i>Henrici Leonis Ducis Megapol:</i>	ibid.
<i>Alberti Ducis Megapol:</i>	135.
<i>Carmen Autoris</i>	136
<i>Ducis Magni Hinrici Filij & Suerini. Epi.</i>	137
<i>scopi latin. & Germ:</i>	ibid.
<i>Carmen Autoris</i>	140

SV ERINI.

Epitaphium.

<i>Alberti Ducis Megapol:</i>	142
<i>Ducis Magni Hinrici filij</i>	ibid.
<i>Hinrici Ducis Magni filij</i>	143
<i>Georgij Ducis Megapol:</i>	ibid.
<i>Iohannis Alberti D. M.</i>	144

R O S T O C H I I.

<i>Laurentij Smedes Senatoris</i>	145
<i>Andreae Martini Pastoris</i>	146
<i>Bartholomaei Batti</i>	ibid.
<i>Inscriptio Monumenti Iacobi Bordingi</i>	148
<i>Bernhardi Wigeboldi Frisij</i>	ibid.

I N T E M P L O D I A.

C O B I.

R 4

Theodo.

INDEX.

<i>Theodori Someri</i>	149
<i>Nicolai Bauman</i>	151
<i>Reginae uxoris D. Simonis Pauli, lat. & german.</i>	152
<i>Annae Paulinae uxoris D. Iohannis Pauli</i>	156
<i>Elegia auctoris de morte Filij D. Lucae Backmeiste- ri</i>	157
<i>Auctoris Carmen</i>	158
<i>Saxonis Grammatici</i>	159
<i>Christiani III. Regis Daniae</i>	161
<i>Carmen Auctoris</i>	162

VETERA.

<i>De legionibus Romanis trucidatis ab Harminio</i>	163
<i>Inscriptio monumenti Harminij</i>	164
<i>Constantinae Mauritij Imperatoris Coniugis</i>	166
<i>Gerholdi Episcopi Vormatiensis</i>	167
<i>Caroli Magni Imperatoris</i>	168
<i>Symbolum & versus antiqui de eodem, & Statua Hermensulae.</i>	169.
<i>Widekindi Regis Saxoniae, conuersi ad Christiani- smum eiusq; rebus gestis</i>	172
<i>Rolandi</i>	174
<i>Brunonis Episcopi Coloniensis</i>	175
<i>Geronis Marchionis</i>	ibid.
<i>Brunonis Conditoris Brunf:</i>	176
	<i>Ottonis</i>

INDEX.

Ottonis	ibid.
Sigefridi	177
Christiani Ducis Marchionis Lusatiae	ibidem
Dithmari	178
Geronis	ibid.
Hugonis Marchionis	179
Hermannii	ibidem
Sieghardi	180

INSCRIPTIO.

Conradi I I.	180
Hinrici IIII. IIII. V.	181
De pugna inter Hinricum V. & Lotharium propè U Velfesholtz	182
Rudolphi Ducis Sueuorum	184
Lotharij Caesaris	186
Friderici Comitis Palatini	187
Friderici I. Barbarossæ	189
Philippi Imperatoris	190
Rodolphi Comitis Haspurgensis.	191
Friderici I I.	192
Friderici Marchionis	194
Titzmanni Principis Saxonie	195
Alberti Austriaci Caesaris	197
Friderici Seueri	ibid.
Ludouici Bauari	198

R 5

Frideric

INDEX.

<i>Friderici Brunsvicensis</i>	199
<i>Sigismundi Imperatoris.</i>	200
I O H A N N I S <i>Friderici Ducis Saxoniae Ele-</i>	202
<i>ctoris</i>	
M A V R I C I I <i>Ducis Saxoniae Electoris</i>	205
P R E C A T I O N E S	
<i>aliquot.</i>	206
<i>Ex Psalmo 42.</i>	ibid.
<i>Hominis p̄i</i>	207
<i>Pro remissione peccatorum</i>	ibid.
<i>Alia Precatio.</i>	208
<i>Ad Deum Patrem</i>	ibid.
<i>Ad Filium.</i>	209
<i>Ad Spiritum Sanctum</i>	ibid.
<i>Signum veri & ardentis amoris Dei erga huma-</i>	ibid.
<i>num genus &c.</i>	
<i>Querela de corruptione humanae naturae, per pecc.</i>	210
<i>tum</i>	
<i>Dictum Prosperi de fugacitate humanae vitae.</i>	211
<i>Versus antiqui de eadem</i>	212
<i>Consolatio piorum in morte</i>	213

FINIS.

I N-

INDEX EPITAPHIORUM LVNEBURGICORVM QVAE SVpra
omittebantur.

<i>Epitaphium Filij Doctoris Borcholde</i>	214
<i>Carmen Autoris.</i>	ibid.
<i>M. Hinrici Elebechij</i>	215
<i>Georgij Stein Cytharædi</i>	216
<i>D. Casparis Corneri Concionat:</i>	ibid.
<i>Iohannis de Molen.</i>	217.
<i>Iohannis Zegeri</i>	218
<i>Iohannis Lutterlo</i>	ibid.
<i>Pauli Eleri</i>	219
<i>Iasparris Bussau. Germ.</i>	220
<i>Carmen Autoris ad Lectorem</i>	222
<i>Trostschrifte Autoris</i>	223
<i>Epistola Autoris ad Lecto:</i>	227



CORRECTORIVM
IN LIBRVM EPITIA-
PHIORVM LVCÆ
Lofj.

Lege optime & candidè Lector

*In Epistola Dedicatoria, filum commordens, pro fili-
um.*

*In Epigraphe Epitaphij Christi, Tiberij Cæsaris,
18. pro 12.*

*In Carmine autoris post Epitpha. Christi, Mortem
etenim Christi, pro morte.*

Fol. 4. Hinc populis pro populus.

Fol. 11, tibi quid labor & studiorum, pro est.

Fol. 12. Pieris pro Pieres.

Fol. 15. pressit in orbe, pro possit.

Fol. 19. prælatum pro prolatum.

Fol. 24. vrbis pro verbi.

Fol. 36. post annos 89. addatur, per Archidiaconos.

Fol. 38. præpositura, pro propositura.


Fol. 71 Consilyq, pro consilijsq.


Fol. 99 . 7. pro 8.

1bid. his pro hi.

Fol. 102. tuo pro suo.








Zeit vn He
christi / Johanne

m Creutz vnd ansech
Boen alten Lehrern.

10



Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black



V M,
 M ET
 & Schola
 irorum
 m,
 in locis con
 ripta.
 æfarum,
 um,
 LOSSIO
 edita.
 ctorem,
 ras,
 ros
 audes
 rum.
 era Lector,
 nus eris.
 a, DEI.
 rum.
 excudel
 X.

